3 1761 08825194 7

3/6 Each

LGP
L981C.2

ΛΥΚΟΦΡΟΝΟΣ

ΤΟΥ ΧΑΛΚΙΔΕΩΣ

ΑΛΕΞΑΝΔΡΑ.

LYCOPHRONIS

CHALCIDENSIS

ALEXANDRA, SIVE CASSANDRA,

CVM VERSIONE ET COMMENTARIO

GVILIELMI CANTERI,

PARAPHRASIN, NOTAS, INDICEM GRAECVM, E SCHOLIIS AVCTVM, ADIECIT, AC PRAEFATVS EST

HENRICVS GODOFREDVS REICHARDVS

A. M. SCHOL. PROV. GRIMMENSIS COLLEGA III.

LIPSIAE,

APVD SIGFRID LEBRECHT CRVSIVM

MDCCLXXXVIII.

196179
26.5.25

74

1906

Τῷ ἐνδοξοτάτῳ, πολυμαθεστάτῳ, καὶ
φιλτάτῳ ἀνδρὶ,

ΙΩΑΝΝΗ ΝΙΚΟΛΑΩ ΝΙΚΛΑΣΙΩ

τῶν τῆ ἐν Λυνεβέργῳ Μιχαηλείᾳ διδασκάλων
προηγουμένῳ,

Σκοτόεν ποίημα τᾶτο τᾶ Λυκόφρονος,
Ἐμοῖσιν αὖθις ἐκδοθὲν πόνοις, τίνι
Καθιερώσαιμ' ἄν ποτ' εὐπρεπέστερον,
Ἢ ΣΟΊ, κράτιστε τῶν σοφῶν, ΝΙΚΑΊΑΣΙΕ,
Ξυμπατριώτῃ μᾶ σεβασμιωτάτῳ,
Ἐμᾶ τ', ἔτ' ὄντος παιδίᾳ, διδασκάλῳ
Πιστῷ τε, πολυμαθεῖ τε, καὶ μάλ' αἰμύλῳ,
Πρὸς ταῦτα δ' εὐφόρῳ μαθήσεως φυτῷ,
Μάσης τε ΓΕΣΝΗΡΙΑΔΟΣ ἐκπεφυκότι,
Ἑλληνικῶν τε καὶ Λατίνων λειψάνων
Βέλτιστα προσατεντι ἐξηγήσεως,
Σχολὴν διοικέοντι δεξιωτάτως
Ἐν Λυινεβέργῳ τῇ κλυτῇ κᾱροτρόφον,
Καὶ ξυγγραφεῖς ἐκδόντι τὰς Γεωπόνᾱς
Πολλῆς μετὰ σπᾱδῆς τε καὶ ἐμπειρίας;

Πόσας ἐπαίνας ἐν ΣΕΑΥΤΩι μόνος ἔχεις,
Οὓς μόγις ὁρᾷν ἐς' ἐν ἑτέροις μεμερισμένας!
Πόσας γὰρ ἂν τολμᾷ τις ἐκ τῶν συγχρόνων
Ἑλληνικοῖσι γράμμασι προσηγορεῖν,
Πάντεσσιν ὥστε μὴ γέλωτ' ὀφλισκάνειν;
Φεῦ, φεῦ κακῶς αἰῶνος ἐσκολιωμένου,
Καλῶν καταφρονοῦντος ἐπιτηδευμάτων
Καμεραρικῶν, Νεανδρικῶν, καὶ Κρασικῶν!

ΣΥ' δ' ὦ φέρις' Ἐπιστάτα, φιλοφρόνως
Λεπτὸν μαθητῆ τοῦτο δῶρον ἐκδέχου,
Εὔνους τ' ἐμοὶ πάντως ὑπάρχων διατέλει,
Κοινὰς δὲ Μέσας πάμπολυν χρόνον ὠφελῶν,
Λοιπὰς βίου δίαγ' ἡμέρας γλυκέσατα!

PRAE-

PRAEFATIO,

IN QVA SIMVL DE CAVSSIS OBSCVRITATIS LYCOPRONEAE DISSERITVR.

Mirabuntur fortaſſe non pauci, cur, cum longe aliis, iisque haud paulo facilioribus, artibus, nec paulo planiori via, his quidem temporibus, ingenii et doctrinae fama quaeri poſſet, eam potiſſimum ingreſſus ſim, quae inter omnes aſperrima ſit et impeditiſſima, hoc eſt, cum ſcriptorem edendum delegerim, in quo interpretando plurimum adhuc difficultatis reſtet, pauciſſima contra a ſuperioribus editoribus occupata ſint? Scilicet ab aliquo inde tempore ſcriptores veteres, aut eorum adeo particulas, edituris ſollemne eſſe coepit, vt, qua via tritiſſima eſſet, incederent, ac, ſi quem magnum virum in aliquo eorum edendo operae pretium feciſſe vidiſſent, in eundem ſtatim librum, velut agmine facto, inuolarent, ibique ſpicas poſt meſſem, vt aiunt, colligerent. Id quod in multis

auctorum veterum Graecorum et Latinorum libris, partim singulis, partim vniuersis, intra paucos annos accidisse, satis inter omnes constat. Nempe haec quoque vis saeculi est, quae vel cordatiores subinde in transuersum rapit. Meum igitur consilium mirantibus etsi plane satisfactum putem, si responderim, me eiusmodi labores non tam famae inde consequendae ambitu, quam vtilitatis publicae magnitudine metiri; tamen, vt de honesta laudis cupiditate concedam, ne hanc quidem ab vtilitatis studio recte seiungi arbitror, quam, si semel animo constitutum sit per omnia sequi, nulla sane rei agendae difficultas, nulla in singulis vocabulis quaerendis aut libris peruolutandis molestia absterrere quenquam a suscepto semel consilio debebit, quidquid demum laboris fuga aut festinatio suaserint. Itaque securus reprehensionis de delectu scriptoris mei, missis ambagibus, statim, quomodo in Lycophronem inciderim, quale consilium in eo edendo secutus, et quomodo in hoc labore versatus sim, lectoribus exponam; quo facto causas obscuritatis, qua hic poëta tantopere inclaruit, seu potius infamatus est, paulo accuratius, quam hucusque ab aliis factum vidi, indicabo.

Ego, cum inde a puero notitiae scriptorum veterum Graecorum ac Latinorum comparandae cupiditate incredibili flagrarem, audissemque aliquando

quando vnum e praeceptoribus meis, cum diceret, *esse aliquem poëtam Graecum, Lycophronem nomine, omnium difficillimum, quem qui legisset, cum deinde finem Graecorum lectioni tuto posse imponere;* etsi vltima viri verba me non admodum mouebant, tamen ipsa res statim animum meum tetigit, et eiusmodi scriptorem mihi aliquando prae ceteris intelligendum, vtque hoc possem, iterum iterumque magna cum attentione euoluendum esse statui. Quaerebam igitur exemplum libri, vbicunque poteram, et inueniebam tandem in bibliotheca auunculi mei, *Ioh. Gottlob. Kochii*, Rectoris quondam scholae Neustadiensis ad Orilam doctissimi, qui et ipse Lycophronem legerat, et eius cognoscendi studium, in me animaduersum, sermonibus suis non parum augebat, suadens tamen idem prudentissime, vt lectionem difficillimi poëmatis ad maturiores annos differrem. Delatus postea in Academiam, cum aliis studiis rerum magis necessariarum, vt fit, per annos aliquot distentus fuissem, retorto tamen semper ad Lycophronem oculo, cuius cognoscendi cupiditatem magni ERNESTII lectiones non parum auxerant; tandem, accepta ex hereditate auunculi, modo commemorati, bibliothecula, admodum selecta, trium iam Lycophronis exemplorum, Aldini, Basileensis, et Canteriani, factus possessor, ingredi difficile lectionis opus coepi. Sed quantis tenebris inuoluta tum omnia, quot nodis perplexa, quot

obſtaculis imperuia, (mihi certe, primum legenti, quanquam non amplius tunc inter poëtas Graecos plane hoſpiti) offenderim, nihil hic quidem attinet dicere, cum quilibet alius experiendo huius rei fidem ſibi facere, inſpicienda poëmatis pagina quacunque, ipſe facillime poſſit. Connitebar tamen, et durabam, deuorataque prima illa moleſtia et excuſſo faſtidio, pergebam, donec diſpicere paululum in illis tenebris liceret, et, animaduerſa vaticiniorum ſerie, nexu, ſcribendi genere (caeterum non intellectis mille amplius locis ſingulis) poëtam, adiutus inprimis praeclaro Canteri commentario, tandem abſoluerem. Ita laetus iam, atque contentus peruenisſe, quo ſexcentos alios faſtidium et mollities peruenire non ſinunt, ſeponebam librum, nunquam fortaſſe in poſterum inſpecturus, niſi fortuita et minuta quaedam cauſſa me ad eum reuocaſſet. Commodum enim acciderat, vt poſt aliquot annos, praeter ſpem et opinionem editionis Potterianae exemplum nanciſcerer, cuius ſplendor ac diues lectionis materia latitantem adhuc apud me amorem veterem Lycophronis omnem reſuſcitabat. Itaque denuo poëtam aggreſſus, inſtructusque nouis ſubſidiis, commentario Meurſiano et Potteriano, ſcholiis Tzetzis (typorum ſplendore tam ſuauiter arridentibus) et verſione Scaligeri, paulo altius immergere me in lectionem eius coepi, quae, vt me iam vehementer

menter delectabat, ita, vt in posterum mihi esset expeditior, si quando relegendi impetus me cepisset, paraphrasin latinam e Scholiaste ac ceteris interpretibus in priuatos vsus concinnabam, ne semper opus esset, ad singulos recurrere. In qua conficienda cum essem occupatus, saepius animum subiit, mirari, cur, cum in scholiis et commentario Canteriano (opere incomparabili et in summa breuitate inexhaustum fere doctrinae Graecae, antiquitatis, et mythologiae apparatum explicante) satis iam adesset subsidiorum ad intelligendum, in plerisque certe locis, obscurum poëtam, posteriores interpretes atque editores maluerint hanc copiam noua annotationum mole augere, quam, subiicienda breui et perspicua paraphrasi, tanquam istarum notarum fructu iucundissimo, sensum verborum lectoribus exponere. Haec igitur paraphrasis mea, quoniam noua libri, aliquando edendi, dos videbatur mihi esse posse, prima, vt verum fatear, me induxit, vt animum ad edendum denuo, post centum paene annos, Lycophronis poëma adiicerem, praesertim cum accessisset nuperrime partim opportunitas adhibendorum codicum trium MSS. bibliothecae Academicae Wittebergensis, quos, per humanitatem insignem cel. *Schroeckhii* inspicere et conferre mihi licuit, et quos a nullo adhuc Lycophronis editore vsurpatos fuisse, mihi valde est verisimile; partim collatio codicis MSS. Mosquensis

quenſis cum textu Potteriano, a cel. *Matthaei*, Scholae prouincialis Miſenenſis nunc Rectore meritiſſimo, inſtituta, quam ille humaniſſime mecum communicauit.

Vt igitur ad ipſam hanc Lycophronis editionem veniam, ſtatim ab initio ne quis erret (maxime, qui me de codicibus MSS. modo differentem viderit) profiteri me oportet, eam non ad *criſin*, ſed totam *ad interpretationem poëtae*, h. e. ad intelligendi vſum, qui proprie vnus verus vſus eſt, et quem omnes adeo editores, lectorum cauſſa, reſpicere ante omnia debebant, a me accommodatam fuiſſe. Omnino equidem Lycophronem eum ſcriptorem eſſe valde dubito, in quo editori Critico magna meſſis ſperanda ſit; certe vt hoc concedam, nondum tantam codicum in promtu eſſe copiam arbitror, vt inde de quibusuis minutiis, in textu occurrentibus, tuto iudicare liceat. Neque ipſos illos codices Wittebergenſes, de quibus modo dicebam, ad vſum Criticum admodum valere exiſtimo; (ſunt enim recentiores, neque adſcendere vltra ſaeculum XV. aut XIV. videntur) ſed habent alia bona, quae mihi quidem, ἑρμηνείαν maxime ſequenti, longe potiora atque opportuniora fuerunt. Habent enim ſinguli, praeter textum et Iſaaci Tzetzis ſcholia ſubiecta, alia adhuc multo breuiora ſcholia, ſpatiis verſuum interiecta, quae nunquam,

quam, quantum equidem scio, edita exstant; *) vnde ea in indice Graeco saepius adhibui, vbi mihi plerumque egregie, interdum melius, quam Tzetzes ipse, satisfecerunt. *Primus* eorum est Pergamenus, forma quaterna, eleganter scriptus, in quo scholia illa breuiora, rubro liquore scripta, tantum ad versum quingentesimum pertinent; in reliquis solum Tzet-

*) Cel. *Dassdorfius*, bibliothecae Electoralis Dresdensis custos, vir doctissimus, a quo varias lectiones quarundam Lycophronis editionum, paulo rariorum, in locis quibusdam insignioribus, per litteras petieram, mihi scripsit, esse in illa bibliotheca exemplum editionis *Potterianae* prioris (1697) idque a b. *Clodio*, bibliothecario, ex bibliotheca Bergeriana bibliothecae Electorali olim insertum, cui non modo collationem trium Codicum Wittebergensium, verum etiam ipsa illa, de quibus hic loquor, *scholia inedita*, ante multos iam annos, atque adeo sub ipsum saeculi huius initium, adscripsit cl. *Thryllitschius*, A. M. vir Graece doctissimus, cuius aliquot Graeca carmina *Fasciculo Graeco scholastico* inseruit *Hieron. Freyerus*, v. c. p. 136. Is in animo habuerat, non modo Lycophronem ipsum cum his scholiis aliquando edere, verum etiam Iohannis et Isaaci Tzetzae Προομηρικά, Ὁμηρικά, et Μεθομηρικά euulgare, nisi admodum iuuenis, et vix XXVII. annos natus, a. MDCCXV. immatura morte decessisset. Iucundum erat, simul cognoscere, virum hunc doctissimum alumnum antea fuisse Electoralis scholae Grimmensis, cui me post tot annos prouidentia diuina admouit.

Tzetzem habet. *Alter* eſt chartaceus, formae maximae, pariter elegantiſſime ab *Ariſtobulo Apoſtolio*, Hierodiacono, in inſula Creta ſcriptus; qui ſcholia illa breuiora per totum poēma exhibet; in fine autem additae ſunt orationes duae *Michaëlis Apoſtolii*, ſed mutilae. *Tertius* denique formae mediae, pariter chartaceus, ſed foliis quibusdam truncatus, lacerata quoque interdum folia habens, litterarum ductibus partim obſcuriſſimis, partim etiam (quantum ad ſcholia) minutiſſimis, ideoque ad legendum difficillimis, ſcholia breuiora itidem per integrum Lycophronem continens. Adiectae ſunt praeter Lycophronem Aeſchyli Tragoediae tres priores, multis foliis mutilatae, Heſiodus integer, Euripidis Hecuba (cum ſcholiis omnes) et Cleomedis Θεωρία Κυκλική. Scholia inedita omnium trium codicum fere inter ſe, paucis exceptis, conſentiunt; vnde vel ex ſe inuicem, vel e communi omnes fonte videntur fluxiſſe. Ad lectiones textus autem quod attinet, in pauciſſimis, iisque modo minutis rebus, aut inter ſe ipſi, aut ab editis diſſentiunt, interdum etiam vitioſe ſcripti ſunt. Vnde tanto magis ab eorum viſu in refingendo textu abſtinere viſum eſt, in edendo autem ſimpliciter textum *Cantero-Potterianum* ſequi, nec niſi in pauciſſimis, et vbi metrum ipſum cogeret, eum relinquere; omnino autem ibi tantum critica attingere, vbi interpretandi labor neceſſitatem eius rei mihi imponeret. In

quo

quo quidem nihil aut noui aut absurdi mihi videor feciſſe. Nam, ſi, (vt hoc vtar) *Koppio* S. V. nuper licuit in interpretando Nouo Teſtamento Graeco textum vulgatum tantiſper ſequi, donec de Griesbachiano res eſſet expeditior, quidni aliis idem liceat in ſcriptore quocunque imitari?

Maxima igitur laboris pars erat haec, vt ſenſus verborum et res ipſae lectoribus, praeſertim in ſcriptore tam obſcuro, quantum fieri poſſet, pateſcerent, et neceſſaria ad hanc rem ſubſidia ſubminiſtrarentur. Hoc conſilio *primum* verſio- 1.
nem latinam Canteri, ad verbum factam, adiunxi, quae et ſatis accurata eſt, et in multis locis intellectu facillima. Eadem tamen, quum in quibusdam locis, propter verborum ex alio verſu in alium traiectiones, (ne aures latinae nimis offenderentur) nonnihil negotii faceſſere ſoleat vocabulorum Graecorum ignaris, ego paraphraſin 2.
latinam paulo liberiorem (de qua ſupra dicebam) textui ac verſioni ſubieci, quae et *συνέφειαν* orationis poëticae oſtenderet, et verbis breuioribus ac planioribus obſcuras illas ac ſaepe dithyrambicas poëtae locutiones exprimeret. Cuius vſum vt adhuc expeditiorem legentibus redderem, non perpetua ſerie, ſed per particulas certas, ad numeros verſuum diſtinctas, imprimendam ab operis curaui, vt, quotnam poëmatis verſibus vna-

quae-

quaeque talis particula seu ἔρησις responderet, cuique statim in oculos incurreret. Sed praestantissima editionis dos haud dubie est in commentario Canteriano, quo, certum est, neminem hoc poëma legentium carere posse, et, quo consulto, si qui ad nomina certa, in paraphrasi mea obuia, forsan haeserint (quod in ipso textu eorum nec vola esse nec vestigium videtur,) abunde satisfa-
3. ctum sibi reperient. Itaque eum totum, vna cum praefatione doctissima *de Lycophrone, eiusque Cassandra in vniuersum*, et epitome operis Graeca scitissima, ne verbulo quidem omisso, sine dubitatione adiunxi. Ac vere mihi videor posse contendere, plus bonae frugis inesse in his paucis plagulis, iisque ab annorum vix trium et viginti adolescentulo scriptis, quam in illa Meursiani et Potteriani commentarii mole, quanquam Potterus haud paulo melior est; sed Meursius fere intolerabilis, qui vbique antiquitates crepat, doctrinae copias effundit, loca aliorum scriptorum emendat, Lycophronem vero ipsum, parum aut nihil illustrat. Vnde neutrius farragine adiungenda marsupiis lectorum molestus esse volui.
4. Addidi *porro* meas aliquot annotatiunculas, (a Canterianis per litteram R. distinctas) non profecto, vt et ipse notas viderer scripsisse, sed, quia aut quaedam Canterus non attigerat, aut ego ab ipso dissentiebam, aut voces quaedam Graecae difficiliores paulo fusius explicandae viderentur,

aut

aut denique de lectione aliquid monendum esset. Sed paucis rem expediui, vt apparet, et parca manu eas adsperſi. Quum vero etiam raritas, insolentia, et obscuritas vocum, quibus Lycophronea oratio prae ceteris insignis est, plurimum difficultatis obiicere soleat e Graeco fonte hauire cupientibus, admodum necessarius videbatur *Index Grammaticus* vocum, non omnium, sed 5.
tantum rariorum, poëticarum, audaciorum, ac dithyrambicarum, quem proinde, quum in omnibus superioribus editionibus desideraretur, non sine summa molestia, confeci, et in quo, supra iam professus sum, Scholiastas in primis ineditos e Codd. Wittebergensibus mihi maxime profuisse, quorum quidem interpretationes, quae a Tzetzae scholiis discreparent, per voculam *ined.* ab his visum est distinguere. Historico et Geographico Indice opus plane non erat, ne bis aliquid diceretur. Nam Deorum, Dearum, heroum, heroinarumque appellationes poëticae, vrbium item, regionum, fluuiorum, montiumque nomina in notis Canterianis, breuiter quidem, sed tamen, quantum satis est, omnia ac singula enodantur. Atque vt lectores vno veluti obtutu to- 6.
tam vaticiniorum Cassandrae seriem atque ordinem perspicere, et in legendo singula quaeque loca ad eum reuocare possent, tabulam et conspectum concinnavi partium carminis omnium, quomodo eae cohaereant, et textui Graeco praemisi.

miſi. Animus erat quoque, adiungere *Ioſephi Scaligeri* verſionem, vetuſtiſſima latinitate compoſitam, et obſcuritatis propheticae, quam Caſſandra in Graecis affectat, feliciſſimam imitatricem. Sed quoniam ea partim et ipſa paene nouo interprete, atque Oedipo adeo, opus habuiſſet, partim nonniſi obſoletae latinitatis amatoribus placere ſoleat aut poſſit, (qui nunc ſunt ſane pauciſſimi) ideo eam, ne ſine cauſſa moles libri augere-
7. tur, plane omiſi. Eius loco contra, ne omnino praetermiſiſſe quidquam viderer, quod ad intelligendum σκοτεινὸν ποίημα viam lectoribus ſterneret, αὐτοσχεδίασμα poeticum, ſeu parodiam Caſſandrae breuem adieci, qua Lycophronis dictionem, ordinem, obſcuritatem, verba, tropos etc. in argumento ſimili h. e. expugnatione Magdeburgica, ſuperiori ſaeculo facta, lingua noſtra imitarer, ſeu potius imitari conarer; cui equidem plane nihil ipſe tribuo, ſatis habiturus, ſi id praeſtiterit, cuius cauſſa eam, velut appendicis aut corollarii loco, adiunxi. —

Haec ſunt, quae de mea Lycophronis editione cum aequis lectoribus communicanda mihi videbantur; ſupereſt, vt, quemadmodum ſupra promiſi, quaedam de obſcuritate huius poëtae, eiusque cauſſis adiiciam, non parum et ipſa, ni fallor, tum ad recte iudicandam illam, tum ad facilius intelligendum poëtam, profutura.

At-

Atque obſcurum quidem Lycophronem eſſe queruntur omnes, etiam, qui fando tantum de eo audierunt, nec magis alium faciliorem ſcriptorem quemcunque eſſent intellecturi. Sed non ſatis eſt vniuerſe de obſcuritate ſcriptoris alicuius loqui aut conqueri, verum diſtinctius, quid nobis, et quibus de cauſſis obſcurum ſit, dicendum eſt. Ignaris enim et obtuſi ingenii hominibus omnia obſcura ſunt, et his vel ipſa obſcuritatis notio obſcura eſt, quum contra cordatiores et attentiores, quanquam nonnulla non ſatis perſpiciunt, tamen definitius indicare locum, et veluti punctum illud, in quo haereant, impedimenta monſtrare, quae ipſis in legendo obſtent, cauſſas denique commemorare, quae illa impedimenta ipſis obiiciant, non difficulter poſſint. Atque hi ſunt potiſſimum, quibus, quidquid de poëtae noſtri obſcuritate diſſeremus, deſtinatum eſt.

Obſcuritas in ſcribendo omnis aut ſua ſponte naſcitur, aut de induſtria ab ipſo ſcriptore, quacunque de cauſſa quaeri ſolet. Illam *naturalem*, hanc *artificioſam* merito aliquis dixerit. Illa ſemper in vitio eſt, haec adeo non eſt, vt laudi quoque non raro ducatur. Illa enim, quum praeter voluntatem et conſilium ſcribentis exſiſtat, originem, neceſſe eſt, ducat vel ex inſcitia rerum, vel e confuſione notionum, vel ex ignorantia linguae et vſus loquendi, vel e nimio breuita-

tis ſtudio, vel ex ambiguitate in dicendo, vel denique aliis e cauſſis, quae nec per ſe ipſae laudabiles ſunt, nec ad laudem conuerti poſſunt. Harum autem cauſſarum nullam plane in Lycophronem cadere, tam certum profecto eſt, vt certius nihil poſſit. Ingenii enim lucidiſſimi, quin amoeniſſimi adeo, hominem fuiſſe, ſi vel aliunde non cognoſceremus, certe ſola illa duo Anagrammata, quae in Ptolemaeum, et Arſinoën, eius coniugem, excogitauit, id abunde docere poſſent, quibus cum ſumma iucunditate ſummam elegantiam coniunxit. Regis enim nomen Πτολεμαῖος, -dixit, eſſe ἀπὸ μέλιτος, reginae autem, Ἀρσινόη, ἴον Ἥρας, quo vtrique egregie blanditus fuit. Hinc eius in *Caſſandra* obſcuritas non a naturae et ingenii vitio nata, ſed a certo conſilio et arte profecta ſit, neceſſe eſt. Quod ipſum conſilium non difficulter reperiet, quisquis cogitauerit, partim vaticinia omnino omnia per ipſam naturam ſuam genus dicendi ſublime atque obſcurum requirere, partim Caſſandram inprimis, quam ille vaticinantem fingit, ab omnibus aliis ante ipſum poëtis, nominatim ab Aeſchylo, aeque obſcure loquentem inductam fuiſſe. Vnde vel hac ſola de cauſſa, ne τὸ πρέπον violaret, hunc ſermonis characterem in poëmate retinere ſtuduit, imo quodammodo coactus eſt.

Inquirenti igitur mihi ſaepe multumque in obſcuritatis Lycophroneae cauſſas, h. e. in repetita

tita ac diuturna poëtae lectione cogitanti, quaenam ea sint, quae tam obscurum eius poëma reddant, septem vel octo tandem fontes sese aperuerunt, qui partim e Grammatica, partim e Rhetorica, partim e Poësi ducuntur; quos iam paulo accuratius indicare, idoneisque exemplis ex ipso poëmate illustrare, bona lectorum cum venia, lubet. De qua quidem tanto minus dubitare fas est, quanto plus inde lucis tractationem poëtae ipsam accepturam confido.

Prima obscuritatis caussa haud dubie est haec, quod in tanta Deorum, et Dearum, heroum et heroinarum, per totum opus passim occurrentium, multitudine (est enim hic libellus veluti thesaurus Mythologiae veteris locupletissimus) neminem tamen eorum suo nomine appellat Cassandra, quo omnes eum statim essent agnituri, sed vel vno cognomine ignotiori (interdum pluribus) vel periphrasi paulo copiosiore designat. Sic statim ab initio vaticinii, v. 33. vbi vult priorem Troiae expugnationem, ab Hercule factam, commemorare, non dicit, *eam vastatam esse nauibus Herculis* (statim enim hoc quisque intellexisset) sed vastatam nauibus τριεσπέρω λέοντος, ὅν ποτε γνάθοις etc. et plura deinde praedicata eius historica, versibus paene viginti describit. Sed alibi multo breuius cognominibus suis eum appellat, v. 651. Μηκιστέα, σερφόπεπλον,

πεπλον, σκαπανέα βοαγίδην, v. 663. Κηραμύντην Πευκέα Παλαίμονα, v. 871. θηρόχλαινον ὠμηστὴν λύκον, v. 1346. ταῤῥοθον βοηλάτην, τὸν ἐξάπρυμνον σέρφος ἐγχλαινέμενον. Sic *Iouem*, v. 400. Δίσκον μέγισον Κυναιθέα, v. 435. Γογγυλάτην Βελαῖον Μυλέα, v. 536. Θρύμνιον, Προμανθέα, Αἰθίοπα, Γυράψιον, v. 1092. Κερδύλον Λαρύνθιον, v. 1192. Ἄνακτα τῶν Ὀφίωνος θρένων, v. 1301. ἄστερον Κρήτης στρατηλάτην, *Apollinem*, v. 208. Δελφίνιον Κερδῷον θεὸν, v. 352. Θοραῖον Πτῶον Ὠρίτην θεὸν, v. 426. Μολοσσὸν Κυπέα Κοῖτον, v. 562. Σκιασὴν Ὀρχιέα Τελφόσιον, v. 1207. Ἰατρὸν Λεψιέα Θερμινθέα, v. 1419. Χρησμολέσχην etc. *Bacchum*, v. 212. Ἐνόρχην Φυγαλέα Φαυσήριον, v. 577. Πρόβλαστον, θρασέα, *Neptunum*, v. 749. Ἀμφίβαιον, v. 767. Μέλανθρον ἱππηγέτην, *Martem*, v. 936. Κρησώνης θεὸν Κανδᾶον ἢ Μάμερτον, Ὁπλίτην, λύκον etc. *Iunonem*, v. 858. θεὰν Ὁπλοσμίαν, *Venerem*, v. 403. Κασνίαν καὶ Μελιναίαν θεὸν, v. 831. θεὰν Σχοινίδα Ἀρέντην Ξένην, v. 867. Κωλῶτιν Ἀλεντίαν, v. 958. Ζηρυνθίαν, v. 1234. Κασνίαν καὶ Χοιράδα, *Mineruam*, v. 359. Βάδειαν Αἴθυιαν κόρην, v. 519. Ἐννὼ, Τριγέννητον θεὰν, Βοαρμίαν, Λογγᾶτιν, Ὁμολωΐδα, Βίαν, v. 936. Ἀλοῖτιν Κυδωνίαν Θρασὼ, v. 949. Μυδίαν f. Μυνδίαν, v. 1163. Ἄμφειραν, et v. 1164. Σθένειαν, *Cererem*, v. 152. Ἐννᾶιαν, Ἔρκυνναν, Ἐριννὺν, Θερίαν, Ξιφηφόρον, *Hecaten*, v. 1175. Βριμὼ Τρίμορφον, v. 1180. Φερᾶιαν, v. 1186. τριαυχένα θεὰν etc. Sic *Achil-*

les

les ei eſt v. 260. λαβράζων πεφνὸς αἰχμητὴς χάρων, Πτεροῖσι χερσὸν αἰετὸς διαγράφων, *Vlyſſes*, v. 344. Σισύφεια ἀγκύλη λαμπερὶς, *Antenor*, v. 340. Χέλυδρος ὠμόθριξ, ἀπεμπολητὴς τῆς φυταλμίας χθονὸς, *Dioſcuri*, v. 511. ἡμίθνητοι δίπτυχοι Λαπέρσιοι, *Hector*, v. 526. ὁ Καναρχῖος μέγας ἐγχώριος γίγας, *Helena* vero et *Paris* decem amplius cognominibus, modo hiſtoricis, modo tropicis, indigitantur, quae hic non vacat colligere, de quibus vero omnibus in ſingulis locis omnino conſulendus eſt Guil. Canteri Commentarius, qui ea mira diligentia, et tamen ſumma breuitate explicuit. Integrae periphraſeos pro vno nomine proprio poſitae, praeter iam dictam de Hercule, v. 33 ſqq. exempla ſunt v. c. v. 433 ſqq. deſcriptio *Capanei*, v. 152 ſqq. deſcriptio *Menelai*, ab auo Pelope repetita, v. 70 ſqq. *Dardani*, a matre Electra et fatis ipſius deſumta, v. 939 ſqq. *Panopei*, v. 1010 ſqq. *Nirei*, ac *Thoantis*, v. 1232 ſqq. *Aeneae*, et aliorum multorum.

Sed non ſufficit Lycophroni, nomina propria cognominibus ignotis aut deſcriptione copioſiori rerum ab iſtis geſtarum, aut fatorum, obſcurare, etiam in delectu harum rerum ita verſatur, vt, quantum fieri poteſt, ignotiora ſemper eorum fata et res geſtas notioribus praeferat. Ita v. c. quum vellet *Herculem*, l. c. innuere, non commemorauit eius natales, aut labores duode-

cim notiſſimos (vnde quilibet puer eum facile agnoſceret) ſed περιστάσεις ex interiori Mythologia repetitas, v. c. quod is aliquando a ceto deuoratus eſt, quod Iunonem nouercam ſagitta vulnerauit, quod Iouem patrem luctando vicit, quod Scyllam occidit etc. Ita porro, deſcripturus *Priamum*, non attulit illa tralatitia de regno, Hecuba, Paride, et reliqua, ſed v. 339. mutationem nominis eius *Podarces*, in *Priamus*, quae occaſione belli cum Hercule facta eſt. Sic, quando regionis alicuius meminit, nunquam partes eius, i. e. vrbes, montes, fluuios notiores, ſed ſemper ignotiſſimos quosque commemorat. Exempla quaeuis fere pagina quaerentibus ſuppeditabit.

Alia cauſſa, qua poëta orationem admodum obſcuram ſolet reddere, eſt in vſu frequenti articuli ſeu relatiui, per quem ſubiecta cuiusque ῥήσεως deſignat, ac proinde his caſibus, ὃς, οὗ, ᾧ, ὅν, ὧν, οἷς, οὓς etc. tanquam vinculis per totum poëma vtitur. Qui quidem caſus magnopere attendendi ſunt a lectoribus, quum pendeant plerumque vel a nomine appellatiuo (quod poëta loco proprii ponit) vel a pronomine, vel a participio quodam, quod ſiue caſu recto, ſiue obliquo poſitum eſt; et plerumque in medio praecedentium contextu veluti defoſſum latet, vnde magno demum ſtudio atque attentione adhibita eruendum eſt, v. c. v. 455 articulus ὅν, qui ad genitiuum

πώλῳ

πώλᾳ v. 453. refertur, quo Lycophron *Aiacem Locrenſem* innuit. Alia exempla vbiuis obuia ſunt, in quae incurrenti lectori nihil interdum expeditius fuerit, quam, omiſſo tantiſper orationis inter ſe nexu, ad notas Canteri confugere, et inde interpretationem praedicatorum huius ῥήσεως cognoſcere, cognita autem ea et probe perſpecta demum, ad conſtituendum orationis ſubiectum et ordinem periodi recurrere.

Huc accedit omnino Syntaxis poëtae licentior et obſcurior, qui frequentius, quam alii, Hyperbata, Anacolutha, Synchyſes etc. ſibi indulget, vocabula, quae coniungi debebant, disiungit, adiectiua a ſuis ſubſtantiuis, verba a ſubiectis procul remouet, in eadem periodo mutat, omninoque ordinem verborum ita disiicit, vt non niſi difficulter, h. e. bis vel ter perlecta attentiſſime ῥήσει aliqua, reperiri poſſit. Cuius verborum traiectionis, praeter multa alia, inſigne exemplum eſt, v. 1435—37. de quo notas noſtras conſule. Sic quoque v. c. in deſcriptione Herculis iam commemorata, v. 33—51. notio primaria eſt in verbis τριεσπέρᾳ λέοντος. Hanc per relatiuum ὃς latius deſcribit; ſed quomodo? Primum per caſum quartum ὃν ποτε γνάθοις — κύων. Iam ſequi debebat caſus rectus ὃς δὲ ἔμπνᾳς — ἐσάλαξε. Sed hunc caſum omittit, et ſimpliciter ponit: ἔμπνᾳς δὲ — ἐσάλαξε κωδείας

πέδῳ. Iam quum reliqua praedicata e consueto loquendi more deberent esse, ὃς ἦν τεκνοραίστης, ὃς — ἔτυψε ἔν τ' αὐλῷ μέσῳ — ὤχμασε δέμας, ὃς — κύνα ἔκτανε, — καὶ ὅν ποτε ἐξηνάριξε — νέκυς; poeta casum primum relatiui omittit, eiusque loco articulum praepositiuum ὁ, et nominatiuos absolutos ponit, ὁ τεκνοραίστης etc. ὁ — τύψας, ἔντ' αὐλῷ μέσῳ — ὀχμάσας δέμας; ὁ τὴν — κτανὼν, tandem ad casum quartum relatiui redit, ὅνποτ' ἐξηνάριξε — νέκυς. Simile, quin ad eo paulo obscurius Anacoluthon est, v. 115—130. de *Proteo*, quem descriptura Cassandra quum debuisset ita fere orationem connectere: Ὅ γάρ σε συλλέκτροιο Φλεγραίας πόσις (*Proteus*) — ᾧ γέλως ἀπέχθεται — ὃς νῆϊς ἐστιν — ὃς — ἐπέρασεν, (ἀχὶ ναυάτῃ σόλῳ, ἀλλ' — ἀτραπὸς διανύσας) ὃς — ἤλυξε, καὶ πατρὶ ἔπεμψε — κεῖνός σε (inquam) νοσφιεῖ γάμων: sic potius eam connexuit: Ὅ γάρ σε συλλ. Φλεγρ. πόσις — ᾧ γέλως ἀπέχθεται, — νῆϊς δ' ἐστὶν — ὁ περάσας, ἀχὶ ναυάτῃ σόλῳ, ἀλλ' — ἀτραπὸς διήνυσε, (nam lectio διηνύσας, quam Potterus sequitur, nihili est, et contra Grammaticam) — ἀλύξας — καὶ πατρὶ πέμψας — κεῖνός σε νοσφιεῖ γάμων. Haec sunt, opinor, *disiecti membra poëtae*! Pariter articulus ὁ, ἡ, non semper proxime praecedens subiectum, sed interdum longe remotius, respicit, vt v. 180. Χ' ὡ μὲν non refertur ad *Achillem*, quintum Helenae maritum, de quo integris octo versibus prae-

praecedentibus ſermo fuerat, ſed ad *Paridem*, ad quem tota praecedens ῥῆσις inde a v. 90. erat directa. Et ſic alibi. Quin ne a Soloecismis quidem plane alienus eſt Lycophron, quorum duo obſeruaui, alterum, v. 253. vbi habet γύαι λόγχαις ἀποσίλβοντες, pro ἀποσίλβεσαι, alterum v. 367. ἐκ ὀσσοθήκαις, χοιράδων δ' ἐφειμένες, pro χοιράσιν. Quae quanquam prudens ita videtur poſuiſſe, vt Caſſandrae dictio ad enthuſiasmum propius accederet, hoc tamen certum eſt, in qua oratione haec et ſimilia occurrant, eam non poſſe non eſſe obſcuram atque intellectu difficilem.

Verum neque hoc ſatis eſt Lycophroni ad obſcuranda et quadam quaſi nube obtegenda ea, quae vult dicere. Non enim modo propria Deorum, hominum, vrbium, montium, fluminum, vocabula adhibet, quae ſunt ignotiſſima, verum etiam in appellatiuis, nominibus, ac verbis, eodem modo verſatur. Partim enim rariſſimis et monſtroſiſſimis, quae inueniri poterant, vtitur, partim, ſi vſitatioribus ſuperſedere non licebat, rariſſimas ipſorum formas de induſtria videtur delegiſſe, quae fere nuspiam apud Lexicographos occurrunt. *Prioris* generis exempla ſunt frequentiſſima; et, vt facilius, vno velut obtutu lectores rem perſpiciant, comparatione quadam ad numeros inſtituta, eam conficiamus.

Sunt

Sunt apud Graecos vocabula, omnibus pueris notiſſima, v. c. haec: 1) υἱὸς, 2) πατὴρ, 3) ὄνος, 4) ξίφος, 5) λάλος, 6) πλοῖον, 7) πόρνη, 8) ὕδωρ, 9) σπήλαιον, 10) λοιδορία, 11) οἶνος, 12) ξηρὸς, 13) κῆτος, 14) ὄρος, 15) φήμη, 16) κλέπτης, 17) ἀξίνη, 18) κεφαλὴ, 19) λαμπὰς, 20) γλῶσσα, 21) χορδὴ, 22) ἀετὸς, 23) ἄρτος, 24) μέλος, 25) σχοῖνοι, 26) βρῶσις, 27) βασιλεὺς, 28) ψυχὴ, 29) ἥλιος, 30) κάπρος, 31) θύρα, 32) κόρυς, 33) γυνὴ, 34) ἔτος, 35) σῶμα, 36) δειλὸς, 37) μῦς, 38) βλαβερὸς, 39) ἀπειλὴ, 40) ζώνη, 41) πῦρ, 42) ψευδὴς, 43) ἔρις. 44) σκοπελὸς, 45) θύρα, 46) νὺξ etc. His et permultis aliis curioſe admodum, atque ipſo paene Homero curioſius abſtinet Lycophron, et pro iis has voces adhibet: 1) κέλωρ, ἶνις, ἄμναμος, φίτυμα, 2) φίτυς, 3) ἀμφώδων, κάνθων, 4) κνώδων, 5) βάβαξ, κόπις, 6) βάρις τράμπις, τρόπις, 7) βασσάρα, κάσσα, κασωρὶς, 8) δρόσος, ἄναυρος, γάνος, 9) γωλειὸν, 10) δέννος, 11) ἔρπις, 12) κάγκανος, 13) κάμπος, κέπφος, 14) πρηὼν, πρὼν, κλέτας, κλίτος, κλιτὺς, 15) κληδὼν, 16) κλωὼψ, 17) κύβηλις, σκέπαρνον, 18) κρᾶς, κωδεία, 19) λοφνὶς, φιτρὸς, 20) μάσαξ, 21) μίτος, 22) μόρφνος, τριόρχης, 23) νασὸς, πύρνος, 24) οἶμη, 25) ὅσα (τὰ), 26) ὀχὴ, 27) πάλμυς, 28) πέμφιξ, 29) πέρρα, 30) πτέλας, 31) σαλάμβη, 32) πήνη, 33) πλάτις, 34) πλειὼν, 35) ῥέθος, 36) πτὼξ, φύξηλις, 37) σμίνθος, 38) σίννις, 39) σόβος, 40) σόρνη, 41) φέψαλος, 42) ψαίνυθος, ψυδρὸς, 43) κολωός, 44) κλώμαξ, 45) κύνεον,

ρον, 46) ὄρφνη. In *verbis* non eſt quidem tam inſolens, ſed tamen etiam hic rariora plerumque ſequitur, vt in ἠλάσκω, θείνω, θρανύσσω, θρυλλίσσω, θωΰσσω, ἴσκω, καλχαίνω, κνυζέομαι, κωτίλλω, λίσσω, λάω, λιάζω, ὀχμάζω, προσσαίρω, σχαζόω, φηλόω, φλοιδέω, χελλύσσω, χυτλόω, ψαλάσσω etc. Quis ad ipſum quorundam ex his ſonum, paene barbarum, non ſtupeat? Et tamen haec e multis tantum potiora ſunt. E *poſteriori* genere ſufficiat commemoraſſe, quod pro conſuetis vocum, ſatis alias frequentium, formis: αἰώνιος, γενεὰ, οἶνος, ἱκέτης, μῆλον, φυσάω, φθόγγος, φόνος, φραδμοσύνη, φρόνησις, σποδὸς, θορέω, λαβρεύω, μῆχος, καταῤῥάκτης, adhibuit ille αἰανὴς, γέννα, οἴνη, ἵκτης, μῆλαρ et μήλατον, ποιφύσσω, φθογγὴ, φονὴ, φραδὴ, φρόνις, σπληδὸς, θρᾴω, λαβρόω, μῆχαρ, καταῤῥάκτης, quae ſunt longe inſolentiora. Et ſic in aliis. Atque etſi nonnullae harum vocum et formarum apud alios quoque poëtas occurrunt, tamen nec tanta multitudine, nec in tam exigua carminis mole catervatim quaſi reperiuntur. Quae omnia quantum moleſtiae faceſſant interpreti, maxime indicis conſarcinatori, quilibet, vel non expertus, ſua ſponte intelligit.

Sequitur alia cauſſa obſcuritatis, ſed eadem Lycophroni cum aliis poëtis, Lyricis maxime ac Tragicis (quid autem aliud eſt *Caſſandra* niſi tragoedia

goedia quaedam μονοπρόσωπος?) communis. Ea eſt in vocibus dithyrambicis, adiectiuis et epithetis, paulo audaciori compoſitione formatis. Sed Lycophron tamen a caeteris poëtis, ad has voces quod attinet, in eo potiſſimum differt, quod et frequentius eas adhibet, et ſubinde propter ipſum illum locum, vbi iis vtitur, ad analogiam aliarum videtur eas excogitaſſe. Talia vocabula ſunt, e magno numero inſigniora et audaciora, v. c. ἀθεσμόλεκτρος, αἰνοβάκχευτος, ἀρβυλόπτερος, ἀρπυιόγυνος, αὐτεργότευκτος, βιαιόκλωψ, βαπλανόκτιτος, γιγαντόραιστος, γυιόκολλος, γυναικόκλωψ, δελφινόσημος, δερατόγλυφος, δρακοντόφρυος, εἰδωλόπλαστος, θηρόμικτος, θηρόπλαστος, ἰαλόπεζος, κηρυλικὸς, κλεψίνυμφος, κνωπόμορφος, κρατοβρὼς, λαμπτηροκλέπτης, λυκαινόμορφος, μελλόνυμφος, μιξόθηρ, μιξοπάρθενος, μυλήφατος, μυθοπλάστης, νεκροπέρνας, νεκροτάγος, ἑλαμηφόρος, ἑλαμώνυμος, παιδοβρὼς, παλίμπλωτος, παλινστρόβητος, πατρομήτωρ, πελαργοχρὼς, πενθεροφθόρος, πεντάγαμβρος, πεντάλεκτρος, πολύῤῥαιστος, πολύῤῥηνος, πρωτόσφακτος, σισυρνοδύτης, στερνοξύνευνος, συγκατασκάπτης, τριάνωρ, τρίδειρος, τριώνυχος, φιλαυθόμαιμος, χαλκόμιτρος, χιλίωρος etc. Atque haec vocabula tamen fere omnia ad analogiam aliorum e compoſitione et etymologia iudicari quodammodo et erui poſſunt. Sed ſunt alia, quae, ſine contextu et Mythologia, ne diuinando quidem licet coniicere, quid ſibi velint, vt δειρόπαις,

quae

quae e collo liberos parit, θηλύπαις, *quae nonnisi foeminas parit*, θηρόχλαινος, *qui leoninam pellem gerit*, κρεάγραπτος, *qui incisuras in carnem facit*, λαθρόνυμφος, *occulte cum aliquo concumbens*, λαρναχοφθόρος, *qui perniciem in cista affert*, μογοστόκος, *difficilem partum reddens*, παιδόβρωτος, *in vorandis filiis occupatus*, πλεκτανοστόλος, *cum ornamentis ac cincinnis emissus*, στρατόπλωτος, *ad transfretandum exercitum pertinens*, τοξόδαμνος, *sagittandi peritus*, χρυσόπατρος, *aureum patrem habens etc.* de quibus omnibus Index, et in singulis locis notae Canteri ac nostrae erunt consulendae.

Sed vnus adhuc supereſt obscuritatis Lycophroneae fons isque vberrimus, qui, si vel caeteris omnibus poëta abstinuisset, tamen satis tenebrarum inducere orationi Cassandrae potuisset. Is est in vsu, seu abusu rectius, imaginum et tropicae orationis, cuius praecepta fere omnia, apud rhetores obuia, ab eo videas negligi, non insciti artis, sed de industria ac destinato consilio, vt tanto obscurior sensus redderetur, et omnis orationis habitus eo propius accederet ad dictionem mulieris φοιβολήπτου, et diuino quodam furore et oestro, Bacchae in modum, percitae, quae nullas linguae leges curaret, nulla rhetorum praecepta agnosceret, nullas cogitandi regulas consuetas sequeretur, sed, quidquid in buccam, vt aiunt, veniſſet, aut afflatus Phoebi subiecisset, sine ordine

dine vllo effunderet. Hoc igitur consilio Lycophron, contra quam in Rhetoricis praecipitur, modo duo similia, inter se admodum diuersa, coniungit, vt v. 74 et 76. vbi Dardanum in eadem periodo cum *apro Istri fluminis*, et statim post cum *ceto* comparat, item v. 87. vbi Helenam *columbam*, et statim deinde *canem*, *nece dignam*, appellat; modo duas metaphoras, pariter diuersissimas, prorsus confundit, v. c. v. 213 sqq. vbi dicit, Bacchum, grati animi caussa, quod ab Agamemnone sacrificiis honoratus sit, *leonem*, (i. e. Telephum, Mysiae regem, Graecis infestum) *prohibiturum esse ab epulis* (i. e. ne Graecos deuoret) τὸ μὴ πρόῤῥιζον αἴσσῶσαι σάχυν, Κείροντ' ὀδόντι καὶ λαφυσίοις γνάθοις, *ne funditus perdat segetem acuto dente et voracibus maxillis.* Hic manifeste duas metaphoras confundit, alteram quidem ductam a leone, bestiarum aliarum carnes deuorante; alteram ab apro, segetes demetente, Telephum nunc leoni, nunc apro, Graecos nunc bestiis syluae imbecillioribus, nunc spicis agri comparans, quod ex Rhetoricae legibus haud dubie in vitio est. Vnde iam Potterus hoc ad h. l. p. 136. admonuit, sed pariter furore prophetico excusavit. Sed in nullam troporum legem frequentius videtur noster impingere, quam in eam, qua duritiei metaphorarum prohibetur. Iuuat hoc loco, vel animi caussa, et ad lectores poëmati penitius cognoscendo praeparandos velut in tabula qua-

quadam, praecipuos tropos, et omnino locutiones, duritie tali insignes, ante oculos ponere, vt eorum gustum paulatim praecipiant:

V. 39. Iunonem, Herculis *nouercam*, eius δευτέραν τεκεῖσαν appellat. — V. 319—21. dicit, Laodicen se praecipitaturam esse in eum locum, vbi nemus aui (Troïs) sit, et vbi χαμευνάδος μόροι Τῆς λαθρονύμφε πόρτιος μεμιγμένοι κέχυνται, *meretricis et iuuencae, clam concumbentis, fata cum catulo confusa sint*, h. e. verbis planioribus, vbi Cilla, clam cum Priamo congressa, simul cum filio, quem e Priamo susceperat, sepulta sit. — V. 775—77. Vlyssem, ait, domum reducem, τλήσεσθαι συγγνὰς οἰκετῶν ἀπειλὰς εὐλόφῳ νότῳ φέρειν, *famulorum odiosas minas tergo laturum esse*. Quis vnquam minas *tergo* suscepit? Neque quisquam putet, ἀπειλὰς h. l. de *verberibus* tropice dici; nam iis χερῶν πληγαὶ statim in sequentibus diserte opponuntur. — V. 831. commemorat Γαύαντος (i. e. *Adonidis*) τάφον μεσόφθαρτον, *sepulchrum a Musis perditum*. Quis vnquam audiuit, Musas sepulchrum aliquod perdidisse, seu diruisse? Scilicet volebat poëta indicare τάφον τὸ ὑπὸ Μεσῶν φθαρέντος Γαύαντος. Et sane *hunc ipsum*, non eius sepulchrum, Musae, odio Veneris, apro immisso, occiderunt. — V. 842. 43. fabulam tangens de Perseo, qui collum Medusae amputauerit, ex quo hominis et

equi monſtrum exſiluerit, totam in paucula verba tropica compingit, dum Perſeum appellat θερισῆρα — ἱπποβρότες ὠδῖνας οἴξαντα τόκων, Τῆς δειρόπαιδος μαρμαρώπιδος γαλῆς, i. e. *meſſorem, equi hominis dolos partus muſtelae ſaxificae, e collo parientis, aperientem.* Quot verba, tot paene troporum duriſſimorum monſtra et aenigmata, iis certe, qui fabulam ipſam in promtu non habent. — V. 846. eundem Perſeum propter ipſam illam caedem Meduſae, qua vtraque eius ſoror ſimul excaecabatur, quia omnes tres vno tantum communi oculo vtebantur, vocat λαμπτηρόκλεπτην τριπλανῆς ποδηγίας, h. e. planius, *furem oculi eius, qui tres ſimul, alioquin erraturas, recta via duceret.* — V. 918. Herculis combuſti arcum, Philoctetei relictum, appellat σκύθην δράκοντα, ἀφύκτων γομφίων λυροκτύπον, *draconem* quidem, propter vim peſtiferam, *lyricinem* vero propter ſibilum telorum. — V. 954. κητόδορποι συμφοραὶ ei dicuntur orationes illae Phoenodamantis, apud Troianos, quibus perſuadere eis conabatur, vt Laomedontis filiam, *Heſionen*, monſtro ſeu balaenae cibum proiicerent. — V. 1072. *aratrum* vocat ὁλκαῖον πτερὸν, ac πτερὸν quidem propter *burim* ſeu *ſtiuam*, duas quaſi alas habentem, ὁλκαῖον autem, quod a bobus *trahi* ſolet. — V. 1094. vxores a Graecis ducibus, Troiam profectis, domi relictas, appellat ἀλεκτόρων πικρὰς τεγανόμυς ὄρνιθας, i. e. *gallorum acerbas,*

acerbas, domeſticum penum conſumentes (h. e. *luxurioſas*) *gallinas.* — V. 1201. lapidem illum, quem Saturnus, loco Iouis filii, deuorauit, ἀντίποινον πέτρον, *vicarium lapidem* dicit, nihilominus tamen ſtatim poſt v. 1203. eundem Saturnum τύμβον σπορᾶς factum, ait, quaſi vere liberos deuoraſſet. — V. 1283. 84. duriſſime nomina propria duarum orbis partium, *Aſiae et Europae*, tenebris inuoluit per patronymicam duarum foeminarum deſcriptionem, a quibus hae orbis partes nomen traxerant, dum illam τάλαιναν μητέρα Προμηθέως, hanc τροφὸν Σαρπηδόνος appellat, more Pindari, qui *Olymp.* XIII, 30. vocabulum ἀετᾷ, pro *faſtigio tecti* dictum (nam et ſic Graeci vſurpant) ita circumſcripſit: Τίς θεῶν ναοῖσιν οἰωνῶν βασιλῆα δίδυμον ἔθηκε; h. e. *Quis Deorum templis duplex faſtigium impoſuit?* — V. 1326. Theſeo, qui in Scyro inſula inſepultus iacuit, tribuit ἀταρχύτας ἑιφὰς, *iactus inſepultos*, i. e. praecipitationem de rupe, quam nulla ſepultura ſequatur. — V. 1429—32. multiplex in vna periodo troporum confuſio eſt. Loquitur enim de Xerxe rege, eumque comparat *primum* roſae Locrenſi, per tempus breuiſſimum florenti: Λοκρὸν ὁποῖα παῦρον ἀνθήσας ἑόδον, *deinde* flammae, ſpicas aridas comburenti, Καὶ πάντα φλέξας, ὥστε κάγκανον ϛάχυν, *tum* proprie loquitur: *fugiet*, Αὖθις παλιμπλώτοιο γεύσεται Φυγῆς, *denique* rurſus durum tropum addit: Μόσυνα

Φηγότευκτον παμφαλώμενος, turrim e fagino ligno fabricatam circumspiciens. Per hanc enim *cymbam* hoc loco poëta intelligit, qua Xerxes, e Graecia fugiens, in Asiam est reuersus.

Sed ohe! iam satis est cauſsarum obscuritatis, quae tanquam nubes Cassandrae oraculis inducitur, quas, si quis in vnum collectas consideraverit, non obscuram (spero) amplius, sed satis distinctam obscuritatis Lycophroneae notionem animo informatam habebit, eatenus certe, vt definire in singulis locis possit, quid et quantum sit id, quod nondum intelligat, et vbi aqua ipsi adhuc haereat; neque amplius intempestiue poëtam de obscuritate, tam prudenti consilio adhibita, in crimen vocabit. Quod ipsum (nec plus, nec minus) erat, cuius efficiendi cauſsa hoc, quidquid est, disputatiunculae ad praefationem hanc adieci, certus de caetero, quisquis poëtam legere sustinuerit, tum demum eius lectionis fructum plenum esse percepturum, quum decies lectum tamen denuo relegere non fuerit grauatus.

Habetis iam lectores Lycophronem meum, meamque de hac eius editione profeſsionem. Feci, quod potui, nec tamen ita omnia exhausta arbitror, vt nulla nouo editori materia superſit. Vos certe aequitatem meae de Graecis litteris bene merendi voluntati praestituros, non tam spero, quam confido. Vnum adhuc est, quod

nesci-

neſcire vos nolim. Obiit ante paucos annos *Müllerus*, A. M. bibliothecae Wittebergenſis cuſtos, vir doctiſſimus, qui abſolutam iam et paratam prelo editionem Lycophronis nouam habuit, quae quum poſt eius mortem aliquot librariis ab eius heredibus oblata eſſet, propter vaſtitatem voluminis reiecta ab iis dicitur. Eam ego nunquam vidi, neque vbi iam lateat ſcio, neque, vt eius cognoſcendae poteſtas mihi fieret, curare, per res meas mihi licuit. Quod ſi ea aliquando prodierit, facile, (opinor) quum nihil vnquam inter nos de ea re communicatum fuerit, in quibus conſilium, ordo, labor ipſe, et reliqua vtriusque noſtrum conueniant inter ſe, in quibus differant, vnicuique apparebit. Mihi certe vaſtitatem voluminis, ac molem ne quisquam obiiceret, ſedulo curaui. — Caeterum Deum O. M. rogo, vt hunc laborem bonis litteris et iuventuti, his conſecratae, quam plurimum vtilitatis afferre iubeat, Veſtroque, lectores, fauori me ipſum resque meas omnes et inſtituta commendo. Scripſi Grimmae, Cal. Iun. MDCCLXXXVIII.

IN LYCOPHRONEM

EPIGRAMMATA DVO, AD CALCEM CODICVM DVORVM WITTEBERGENSIVM.

Λόγας ἀτερπεῖς, πολλὰ μοχθήσας, γράφεις,
Ἀνισορήτως βάρβαρα πλέξας ἔπη,
Γωλειὰ, γρῶνας, οὖσα, καὶ τυκίσματα,
Σὺν ὀρτάγη τε, κρίμνα, καὶ λυκοψία,
Μόνον νέοις ἱδρῶτα, μωρὲ Λυκόφρων,
Οὐδὲν γὰρ ἄλλο, πλὴν κενοὶ ληρῶν λόγοι.

Aliud, librarii.

Λυκόφρονος δύσφρασα πληρώσας ἔπη,
Ἐνθουσιασμὸς παρθένε Φοιβαδρίας,
Αἰνιγματωδῶς καὶ σοφῶς εἰρημένος,
Θεῷ τὸν αἶνον, ὡς συνεργῷ, προσφέρω.
Ἦι δόξα τῷ συνεργῷ τὸ τέλος. *)

*) deest fortasse Ἀμήν.

Τῷ λαμπροτάτῳ βελευτῇ,

ΙΟΑΧΕΙΜΩι ΩΠΗΡΩι,

ΒΙΛΕΛΜΟΣ ΚΑΝΤΗΡΟΣ

ΕΥ ΠΡΑΤΤΕΙΝ.

Τὴν μὲν ὅλην ποίησιν, ἄνερ λαμπρότατε, ὡς ἐπ' εὐτυχίᾳ τῇ μεγίστῃ καὶ ἐν καλοῦ μοίρᾳ πρώτῃ παρὰ θεῶν ἀνθρώποις ὑπάρξασαν ἤδη πολλοὶ καὶ ἔνδοξοι διὰ πολλῶν προσειρήκασιν, ὀρθῶς νὴ Δία καὶ φρονοῦντες ἔτοι καὶ λέγοντες. Τὸς μὲν γὰρ πρώτος ταύτῃ τῇ τέχνῃ ἐπικεχειρηκότας ἐὰν σκοπῶμεν, ὡς ἀληθῶς τὰ μεγάλα τὸς ἄλλους διὰ τούτων μεμυηκέναι εὑρήσομεν, καὶ ἐπὶ τῇ τῆς κενῆς διηγήσεως προφάσει πολλάκις δυσχερεσάτας ἐννοίας καὶ ὠφελίμους ἐν τοῖς μάλιστα ῥᾳδίως ἀποκαλύψαντας ἐξειρηκέναι. Ὅμηρος δ', ὃν ὡς αὐτὸν ἀρξάμενόν τε καὶ ἀπεργασάμενον ὡς κάλλιστα ποίησιν οἱ πλεῖστοι ἐπαινοῦσιν, μετὰ τῆς ἱστορίας ἐπιτερποῦς ὁμοῦ τῆς τε φιλοσοφίας τὸ ἀπόῤῥητον, καὶ τῶν πρὸς τὸν κοινὸν βίον συντελούντων τὴν ἐναργεσάτην ἐπίδειξιν ἠξίωσε μετέρχεσθαι. Τοῦτο δὲ καὶ συχνοῦ λόγου δεῖξαι, ὡς εἰπεῖν, καὶ

βραχέος πάνυ. βραχέος μὲν λέγω, διὰ τὸ σφόδρα ἄτω σαφὲς εἶναι· μακροτέρᾳ δὲ, ὅτι μυρίοις ἄν τις ἔχοι τεκμηρίοις καὶ παραδείγμασι χρήσασθαι. Αὐτίκα τὸν Ὀδυσσέα πεποίηκεν ἄνδρα τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς εὐδαιμονίας ἐπιθυμητικῶς ἔχοντα, καὶ διὰ τοῦτο πολλὰ ἔτη ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ πλανηθέντα, τελευτῶντα διὰ τὴν ναυαγίαν καὶ τὸν θανάτον τῶν ἐκ τῆς εὐχῆς τυγχάνοντα. Τοῦτο γοῦν τὸ ἔσχατον ὁ ποιητὴς μόνον προσησάμενος, μάλ' ἀσείως αὐτὸ περιέρχεται, καὶ πάντα τὰ περὶ τὴν ποίησιν κάλλη δεικνὺς μεθ' ὑπερβολῆς, ἃ φαυλότατον τόλμημα λανθάνει τολμήσας. Καὶ τὸ μὲν τῆ Ὁμήρου τοιοῦτόν τι κινδυνεύει γεγονέναι. Οὐ μὴν ἐδὲ τὰς ἄλλους ἐν φαύλῳ χρὴ τίθεσθαι, ὅσοι τῶν μύθων τὰς γλαφυροτάτας ἐκλέξαντες, τοῖς πᾶσι τῆς ποιήσεως ἡδύσμασι καὶ τρόποις ποικίλαντες ἔτυχον, εἴτε διὰ πολλῶν προσώπων, εἴτε καὶ δι' ἑνὸς μόνου τὰ τοιαῦτα ἐπεδείξαντο. Τέτοιν γοῦν δυοῖν ὄντοιν σχημάτοιν, τὸ μὲν ἕτερον Σοφοκλῆς, Αἰσχύλος, Εὐριπίδης ἐξηκρίβωσαν, ἐν θατέρῳ δὲ ὁ Λυκόφρων πᾶσι κριταῖς διαφέρει. Καί τοι καὶ ἐν τῷ πρώτῳ τοῖς ἄλλοις ἂν ἴσως τῆς ἡγεμονίας ἠμφισβήτει, εἴ τινες τῶν αὐτοῦ τραγῳδιῶν περιῆσαν. Ἀλλὰ τοῦτο τὸ δρᾶμα μονοπροσώπως καὶ μονωδικῶς ἀπειργάσατο, καὶ τὴν Ἀλεξάνδραν, τὴν Πριάμου, τὰς λοξοτάτας ῥήσεις μανικῶς διαπεραίνουσαν ἐποίησε.

σε. Πολλὰ τοίνυν ἔτι περὶ τούτων ἔχων λέγειν, σιωπᾷν τοὐλοιπὸν αἱροῦμαι, ἐπειδὴ σαφῶς ἐν τοῖς περὶ τῆς ὑποθέσεως δηλωθήσεται. καὶ μὴν τοῦτο τὸ ποιημάτιον, εἰ καὶ πάνυ μικρὸν ὑπάρχει, οὐδὲν ἧττον πλείσαις καὶ μεγίσαις δυσχερείαις τε καὶ ἀπορίαις πεποίκιλται, διὰ τὸ τὰς πολλὰς τῶν ἱστοριῶν, ἃς ὁ ποιητὴς ὅσον ἀφοσιώσασθαι καταλέγει, εἰς τὸ πλέον τοῦ φανεροῦ τὴν ἀρχὴν ἀνήκειν. Ἡμεῖς γοῦν πολλὸν ἤδη χρόνον οὐκ ἀμελῶς περὶ τοῦτο τὸ βιβλίον ἠσχολημένοι, καὶ πάντες γενόμενοι, ἃ μικρόν τι μὲν, ἐμοὶ δοκεῖν, προεκόψαμεν, ὅσον εἰς ἡμᾶς ἥκει, ἔνια δὲ τῶν ἀδιανοήτων παρὰ τοῖς ἄλλοις ἴσως δευτέρων ἀμεινόνων, τὸ λεγόμενον, φανερωθησόμενα καταλείπομεν. Λυσιτελεῖ γὰρ, οἶμαι, τὴν ἰδίαν ἄγνοιαν εὖ καὶ καλῶς ὁμολογεῖσθαι μᾶλλον, ἢ περὶ τούτων ἀνήνυτα πραγματεύεσθαι. Περὶ γὰρ τῶν τῆς παροινίας καὶ μέθης τὸν κάλλιστον ποιητὴν αἰτιωμένων, καὶ τὰ σφέτερα περὶ τὴν διήγησιν ἁμαρτήματα τοῖς ἑποποιοῖς ἀσφαλῶς πως ἀνατιθέντων, οὐδὲν λέξω δύσφημον, εἰ μὴ ὅτι ἑαυτοῖς περιπίπτουσιν. Ἐγωγ' οὖν ἤκουσα, τοῦτο δὴ τὸ τοῦ Δημοσθένους, ἀνδρὸς ἀδαμῶς οἷός τε ψεύδεσθαι, ὃς ἔφη παλαιά τινα καὶ ὅτου βούλει ἄξια εἰς Λυκόφρονος Ἀλεξάνδραν ἰδεῖν ὑπομνήματα. ἡμεῖς γὰρ τοιούτῳ τῷ ἑρμαίῳ ὅπως ἐνετύχομεν, ὅτ', εἴ ποτε τοσούτου εὑρήματος εὐπορήσομεν,

εὔδηλον. Τοῦτο δὴ τὸ σύγγραμμα τῷ σῷ ὀνόματι, ἄνερ λογιώτατε, νῦν ἀναθεῖναι τολμήσω, ἀναιδῶς μὲν, εὐλόγως δέ. Ἐπειδὴ γὰρ, ἐμοὶ δοκεῖν, τὰ ἡμέτερα εἰς λόγον ὀντιναοῦν ἀξιοῖς τιθέναι, χάριν σοι ταύτης τῆς γνώμης εἰς δύναμιν εἶναι ἀπομνημονεύειν δίκαιός εἰμι. Ἔπειτα τὸν πόῤῥω πάσης σοφίας ἐληλακότα καὶ αὐτὸν, καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς ἐλευθερίᾳ παιδείας ἀεὶ φιλικῶς ἔχειν εἰωθότα, ῥᾳδίως ἂν αὐτοῖς προβόλου τάξιν κατὰ τῶν φθονερῶν καὶ βασκάνων γενέσθαι, οὐκ ἀπεικότως ἐστὶν ἐλπίζειν. Τὸ γὰρ τὸν παρὰ πᾶσιν εὐδοκιμοῦντα προσερεῖν ἐν τῷ μέσῳ ἐθέλειν τάχ' ἂν γέλωτα καὶ κολακείαν, ἢ σωφροσύνης δόξαν ὄφλοι. Ἐῤῥῶσο λαμπρότατον τῶν ἐφ' ἡμῶν φάος, καὶ ἐπείπερ ἐδεὶς ὅτως ἀπόρως ἔχει, ὥσε μὴ μικρόν τι πράττειν ἂν δύναοθαι, εὖ ἴοθι πᾶσαν τὴν ἡμετέραν ἐργασίαν καὶ σπουδὴν σαυτῷ τε καὶ τοῖς σοῖς ἐν χρέους τάξει κεκτημένος. Τοῦτο γὰρ, κατὰ τὸν τοῦ εὐδαίμονος, ὡς γε ἐν βραχεῖ πλεῖσον εἰρήοθω.

G. CANTERI
IN LYCOPRONEM

PROLEGOMENA.

Quod ab iis plerumque fieri solet, qui scriptores insignes vel interpretandos vel enarrandos suscipiunt, vt quaedam ad eos auspicandos pertinentia praeponant: idem et mihi operis huius initio faciendum puto, quo facilius lector beneuolus in reliquis, vbi de summa rei praemonitus fuerit, inoffense progrediatur. Sic igitur agemus, vt *primum* de poëta, Lycophrone: *tum* de poëmate, Cassandra: *denique* de versione et annotationibus breuiter, quae ad rem arbitrabimur pertinere, dicamus.

Lycophron poëta, Chalcide Euboeae natus, patrem habuit Socleum grammaticum, postea in Lyci historici familiam per adoptionem transiit, vt scribit Suidas. Floruit sub Ptolemaeo Philadelpho,

pho, Lagi filio, magna cum eruditionis et poëticae facultatis gloria, ſic vt inter ſeptem tragicos ſui temporis praeſtantiſſimos (iis Pleiadum nomen propter numeri aequalitatem fuit inditum) omnium calculis relatus fuerit. Eos ſeptem poëtas fuiſſe tradunt *Homerum iuniorem*, *Soſithenm*, *Alexandrum*, *Philiſcum*, *Soſiphanem*, *Aeantidem*, *Lycophronem*; quamuis enim ab aliis alii ponantur, equidem Hephaeſtionem grammaticum recte mihi ſequi videor. Scripſit porro Lycophron tragoedias primum viginti, quas enumerat Suidas: deinde ſatyras multas, ex quarum vna, Menedemo, verſus aliquot ab Athenaeo et Laertio producuntur: praeterea libros de comoedia, quos Athenaeus idem citat: denique Caſſandram, ſiue Alexandram. Ceterum de comoedia libros an huic Lycophroni tribuere debeam, dubito, cum fuerit eodem nomine quidam etiam grammaticus, qui Ariſtophanem et Cratinum interpretatus eſt. Neque vero tantum in poëſi Lycophron excelluit, verum etiam Anagrammatismis excogitandis omnes in ſui admirationem rapuit. Ii autem ſic fiunt, cum ex nomine aliquo proprio, quod vocant, ſententia praeclara, vel dictum aliquod ſubtile et argutum, lite-

literis tantum inter se loco mutatis, elicitur. Sic Lycophron Ptolemaeum regem eleganter per Anagrammatismum vocauit ἀπὸ μέλιτος, id est, *mellitum ac suauem*: et Arsinoën reginam ἴον Ἥρας, id est, *violam Iunonis*. Nam si quis nomen Πτολεμαῖος cum vocibus ἀπὸ μέλιτος, aut Ἀρσινόη cum ἴον Ἥρας conferat, manifeste in vtrisque literas easdem, ordine duntaxat inuerso, manere comperiet. Cabalistae quoque, qui hac ratione sacra multa explicant, hoc pacto *Messiam* e *Iisnah*, verbi gratia, *Michaëlem* e *Malachi* quasi eduxerunt. Atque haec fere sunt, quae de Lycophrone leguntur. Postremo de mortis genere illud ex Ouidio colligi saltem potest, sagitta transfixum obiisse; sic enim ait in Ibin:

Vtque cothurnatum periisse Lycophrona narrant,
Haereat in fibris fixa sagitta tuis.

Haec de poëta hactenus, nunc de poëmate dicamus eo, quod solum ex tot eius tragoediis et satyris superstes remansit, quodque, vt non plane tragoediam, ita sane Monodiam quandam tragicam (fuerunt enim et veterum tragoediae nonnullae μονοπρόσωποι) appellare liceat. Inscribitur autem Cassandra vel Alexandra, de Priami filia,

filia, quae et Caſſandra dicebatur et Alexandra, ſicut et Paridi aliud nomen fuit Alexandro, aliisque multis ad eundem modum. Caſſandra igitur, vt ad operis argumentum veniamus, Priami fuit et Hecubae filia: quae cum aliquando vaticinandi artem ſimul cum fratre Heleno ab Apolline, vel Apollinis quodam ſacerdote diſceret, ille Caſſandrae amore inter docendum captus, ſi cum ipſo rem habere vellet, peritiſſimam artis vaticinandi ſe illam redditurum promiſit. Caſſandra vero, artis perdiſcendae cupida cum eſſet, recepit quidem ſe eius libidini ſatisfacturam, cum primum artem probe percepiſſet: poſt autem voti compos facta, ſacerdoti, quod pollicita fuerat, conſtanter abnegauit. Tum ille de fraude ſibi facta dolens, cum aliud non poſſet, hoc ſaltem apud regem Priamum, et ceteros Troianos effecit, vt Caſſandrae oraculis nemo fidem adhiberet, nec eam pro vate fatidica potius, quam pro inſana atque delirante omnes haberent. Recte enim Virgilius:

— *Dei iuſſu non vnquam credita Teucris.*

Hinc porro factum eſt, vt eam parentes exoſi, quod infauſta ſemper et aduerſa praediceret omnia, in turrim lapideam concluſerint, in qua per-

perpetuo degeret, ac secum variis de rebus vaticinaretur. Hanc igitur historiam secuti poëtae omnes tum Graeci tum Latini (in his Homerus, Aeschylus, Euripides, Calaber, Tryphiodorus, Virgilius, Ouidius, Seneca) Cassandram semper vaticinantem inducunt; qua ratione Lycophron quoque Cassandram introducit hoc in poëmate, dum Paridem, in Graeciam ad rapiendam Helenam soluentem, spectaret, magno cum numinis afflatu de Paride primum ipso, deque Troianis, deinde de Graecis et aliis populis multa edentem oracula. Simile quoque argumentum Bacchylides, si Porphyrioni credimus, tractarat. Ac videtur historiam vterque secutus eam, quam Dictys Cretensis ita tradit:

Per idem tempus Cassandra deo repleta, multa in Agamemnonem aduersa pronunciat: insidias quippe ex occulto, caedemque domi per suos compositam: praeterea vniuerso exercitui profectionem ad suos incommodam, exitialemque.

Quod autem dicere coeperam, talis est a Poëta horum oraculorum institutus ordo, vt initio Cassandra Troianam vrbem deploret, cui vastissima immi-

immineat ruina: deinde clades varias ex bello Troiano ſecuturas praedicat. Harum porro eas *primo loco* recenſet, quae ex Helenae raptu ſibi, parentibus, fratribus, ſororibus, toti denique regiae familiae ſint euenturae: *ſecundo*, quas Graeci propter Aiacis libidinem ſint perpeſſuri, idque partim in reditu, vt Aiax, Diomedes, Vlyſſes, Menelaus, alii multi, partim domum reuerſi, vt Agamemnon et Idomeneus. *Poſtremo* Caſſandra repetitam altius cauſam exponit, de qua perpetuis inter ſe bellis Europa et Aſia longo tempore conflictatae ſint; in qua quidem explicatione, ab Ionis vsque et Europae raptu, per Argonautarum, Amazonum, Troianorum hiſtoriam, Midae quoque et Xerxis imperia, ad monarchiam vsque Alexandri Magni, artificioſiſſimam hiſtoriae ſeriem deducit: quo facto, cogitans, nullam ſibi apud homines auctoritatem fore, poſtquam falſos de ipſa rumores Apollo ſparſiſſet, tandem conquieſcit. Veruntamen non haec tantum, quae nunc recenſui, in hoc poëmate tractantur, ſed et aliae hiſtoriae fabulaeque permultae per varias digreſſiones elegantiſſime inſeruntur: in his labores Herculis, Deucalioneum diluuium, Dioſcurorum et Apharidarum pugna,

Aeneae

Aeneae peregrinatio, et in Latium deducta colonia, aliarumque gentium migrationes aliquot et coloniae. Quamobrem affirmare ausim, quicunque hoc poëma, licet paruum, diligenter perlegerint, eos et historiarum et poëticarum fabularum partem non exiguam probe perfecteque esse cognituros.

His ita breuiter expositis, postremo loco de versione nostra, et annotationibus, vt proposueramus, dicendum videtur. Cum enim sit hoc poëma valde obscurum atque difficile, tum propter verba et simplicia et composita, quae saepe nimis inusitata sunt, tum ob res ipsas, siue historias, fabulasque nusquam alibi quaerendas: ideoque summo iure τὸ σκοτεινὸν ποίημα fuerit hactenus appellatum: operae pretium aliquod me facturum putaui, si primum contextum ipsum poëtae simpliciter et ad verbum quam possem clarissime verterem: deinde annotationes adiicerem, quibus difficiliora loca paulo fusius explicarem (nam in aliis breuis esse volui) et versionis nostrae rationem aliquando redderem. Et

ad illud quidem quod attinet, in eo non tam verbis selectis ordine annumerandis, quam dictionis totius perspicuitati plerumque studuimus, eaque de causa compositis etiam verbis liberius interdum, re ita exigente, usi sumus: in his autem non semper scholiasten Graecum, Isaacium Tzetzem, sum secutus, quem foediſſime multis in locis lapsum constat: sed et antiquorum poëtarum atque historicorum auctoritatem, ex qua commodior sensus elici posset, saepe adhibendam, nonnunquam etiam doctorum quorundam huius temporis virorum iudicio atque ingenio vtendum censui. Vellem equidem, extarent Theonis in Lycophronem scholia, quae laudat Stephanus, vel aliorum in hunc poëtam commentarii, ex quibus videtur suos Tzetzes concinnasse: siquidem magna nos laboris parte potuissent, opinor, leuare. Sed ista quoniam facilius optari possunt, quam contingere, aliorum etiam, vt dicebam, scriptorum subsidium quaerere sumus compulsi; quanquam ne sic quidem pollicemur, nos facilia cuncta planaque reddidisse, cum id et ingenium nostro maius, et eruditionem, quam nostra ferat aetas,

aetas, pleniorem poſtulet. Extant enim apud Lycophronem et hiſtoriae multae, quas nemo, quod ſciam, alius attigit, vt Mnemonis, Prylis, Midae: et vocabula non pauca, quae ſi quis alibi quaerere velit, operam, credo, omnem luſerit: ea ſunt φύλαμος, λάριξ, πέρδα, πτέλας, ſimilia. Quas ob res futurum ſpero, vti lector beneuolus, operis difficultate cognita, faciliorem nobis veniam, ſicubi lapſi fuerimus, (id quod in Obſcuro poëmate fieri facile potuit) dare, ac labores noſtros candore ſuo fouere non ſit grauaturus. Nam quod ad Bertrandum quendam, cuius eſt olim edita verſio Lycophronis et ſcholiorum, attinet, de eo nihil dicam aliud: petam duntaxat a lectore ſtudioſo, vt illius verſionis pagellas aliquot cum Graeco contextu et noſtra interpretatione conferre dignetur. Tum enim non difficulter, arbitror, intelliget, nequaquam nos, qui nouam poſt illum verſionem et enarrationem, quamuis ante multos annos inſtitutam, protulimus, operam et oleum, quod aiunt, perdidiſſe. Quin etiam in colligendis vndecunque variis lectionibus, quae marginem occupant, curioſi eſſe voluimus,

partim vt aliis aliquid inueniendi melius occasionem praeberemus, partim vt varia corruptelae exempla in hoc etiam opere, vt in Aristide factum est, quasi digito ostenderemus; qua de re tota consulendum nostrum Syntagma.

EPI-

EPITOME CASSANDRAE
GRAECOLATINA, VERSIBVS
ANACREONTIIS CONSCRIPTA PER
GVI. CANTERVM VLTR.

Αἰ αἰ τάλαινα πάτρα.	*Heu heu paterna terra:*
Πρῶτον μὲν Ἡρακλῆος	*Olim quidem Herculana*
Θοαῖς πραθεῖσα πεύκαις.	*Combuſta claſſe primum:*
Λεύσσω δὲ δεύτερον νῦν	*Nunc te, miſella, rurſum,*
Πυρουμένην σε τλῆμον.	*Igni perire cerno.*
Στένω σένω σε, πάτρα,	*Te, Troia, deſleo, te,*
Τάφους τε Δαρδανείους.	*Et Dardani ſepulcrum.*
Λεύσσω θέοντα γνωτὸν	*Excurrit, ecce, frater*
Ἐς ἁρπαγὴν γυνώδη.	*Ad feminae rapinam.*
Καὶ δή σ', ἀδελφὲ, ταύτης	*Verum tibi iſta praeda,*
Πρωτεὺς ἄγρας σερήσει.	*O frater, auferetur,*
Κλαίων δὲ πάτραν ἵξῃ,	*Et flens domum redibit*
Ψυχρὸν φέρων ἄγαλμα.	*Cum frigida figura.*
Βύκταισιν αὖθις Ἰφιν	*At milites Pelasgi*
Θύσουσι τὴν μέλαιναν	*Vento ducis puellam*
Οἱ νηλέες Πελασγοί.	*Mactare deſtinabunt,*
Τοὺς δευτέρους δὲ δόντες	*Foedusque duplicántes,*
Ὅρκους, πλέουσι δεῦρο.	*Huc deinde nauigabunt.*
Ἤδη βλέπει ζέσσαν	*Quin iam videt Palaemon*

Mare aestuans carinis:	Πρύμναις θέτιν Παλαίμων.
Quin iam gemit Myrinna,	Καὶ δὴ στένει Μύριννα,
Campique littorales.	Παράκτιοί τε θῖνες.
Vastatque iam ferus Mars	Καὶ δὴ μαμερτὸς ἄϊθει
Terram, mihique planctus	Αἶαν, γόος τ' ἐν ὠσὶ
Aures ferit molestus.	Ἰνδάλλεται γυναικῶν.
Hoc plurimum grauabit	Ἐκεῖνο πῆμα δάψει
Me, cum ferox Achilles	Ἐμὲ πλεῖστον, εὖ τ' ἐμεῖο,
Fratrem remittet orco:	Ἀχιλεῦ, κτενεῖς ἀδελφόν.
Sic Troilum quoque idem,	Καὶ, Τρώϊλε, στένω σε,
Quod defleo, necabit.	Ὃν ὠϋτὸς αὖ φονεύσει.
Quin et tuam dolebo,	Καὶ σὸν, τάλαινα, πότμον,
O mater alma, sortem,	Μῆτερ φίλη, στενάζω,
Quam gens Pelasga saxis	Ἣν χερμάδες Πελασγῶν
Teget, canem disertam.	Κρύψουσι λοιδοροῦσαν.
At te, soror, dehiscens	Προσδέξεται δ' ἀδελφὴν
Tellus vorabit ima.	Κόνις τοκὰς χανοῦσα.
Polyxenamque Achille	Πολυξένην δ' ἄρ' ἶνις
Satus feroce ducet	Ἀχιλλέως θυηλαῖς
Ad nuptias cruentas.	Γαμηλίοις πελάσσει,
Patrem quoque ille perdet. 40.	Πηγὸν κτανὼν ποδάρκην.
At vis mihi inferetur,	Βίαν δὲ πείσομαι 'γὼ,
Factique talis ergo	Ταύτης θ' ἕκατι λώβης
Multis ferenda multa	Πολλοῖς κάκιστα πολλὰ
Budea virgo mittet.	Βουδεία τλητὰ δώσει.
Aiax enim scelestus	Αἴαντα γὰρ τοπρῶτον
In fluctibus marinis	Οἴσει τὸ κῦμα, φάγρον
Iactatus interibit.	Σαρούμενον θαλάττῃ.
Amyntorisque natum	Ἀμύντορος δὲ κρύψει

Υἱὸν

Υἱὸν πάγουρον Ἠών. *Phagrum recondet Eon,*
Νάπαι δὲ Κερκαφεῖαι *Saltusque Cercaphi, tres*
Κάλχαντα ηλῆ δύ' ἄλλω, *Aetate grandiores,*
Ὡς Πύραμος δύ' ἄλλω. *Duosque Pyrami fons.*
Ἥξουσι πέντε Κύπρον. *Quinque in Cypro manebunt.*
Αἰτωλὸς Ἀργυρίππαν *Aetolus Argyrippam*
Δομήσεται ἠμόροιο *Fundabit, a Tropaea*
Σωθεὶς διὰ Τροπαίας. *Vitam recens adeptus.*
Γυμνασίας δὲ νήσους *Gymneſias marinas*
Πλεύσουσιν οἱ Βοιωτοί. *Boeotus aduehetur.*
Ὀδυσσέως δ' ἑταίρους *Vlyſſis autem amicos*
Ἀγρεύσεται πρόπαντας 60. *Captabit ater orcus,*
Ἅδης, λιπὼν ἓν αὐτῶν, *Ipſo tamen relicto,*
Ὃν πολλὰ δὴ παθόντα *Quem deinde multa paſſum*
Ἐὸς κέλωρ φονεύσει. *Occidet eius infans.*
Ἀγαμέμνονος δ' ὅμαιμος *At regis ipſe frater*
Πάμπολλα τὴν δάμαρτα *Sociam tori iugalis*
Πλανήσεται ματεύων. *Errabit vsque quaerens.*
Ἄλλους δὲ τρεῖς Λίβυσσαν *Tres vnda vaſta voluet*
Ῥίψει βορᾶς ἐκ αἴαν. *Ad littus Africanum.*
Οἰνωτρίαν δὲ γαῖαν *At torris aſper hoſtis*
Φιτρῷ φονεὺς προσήκων, *In Italam profectus*
Καὶ Λυδίων στρατηγοῖς *Terram, laboris ergo*
Βοηδρομῶν, θανεῖται. *Sortem feret cruentam.*
Ἐπειὸς ἀμφὶ Κῖριν *Equinus Architectus*
Προσνάσσεται ὁ τέκτων. *Ciris colet fluenta,*
Σικανίαν δὲ πολλοὶ, *Sicaniamque multi,*
Ἄλλοι δὲ Σῖριν ἄμφι, *Sirisque flumen altum,*
Τυλλησίους δὲ πρῶνας *Tulleſiosque colles,*

Et Italam Terinam,
Et insulam Melitam.
Sed Nireo et Thoanti
Tum Crathis accoletur.
Elpenor autem Othronum et
Epirum abibit olim.
Sed Italis sepulcris
Condetur ille, morbos
Oraculis repellens.
At Nauboli Temessam
Satellites subibunt
(Setaea, te dolenda
Ad saxa mors manebit)
Quidam oppidum Lameti.
Et haec quidem Pelasgis
Instant foris ferenda.
Quin nec domum recepti
Meliora sortientur.
Namque huic caput securi
Findetur olim acuta.
Communis ista erit mors.
Parique clade Creta
Gortyniique regis
Domus alta destruetur.
Locri tamen puellas
Mittent suas Mineruae
Ad Ilium gementes.
At tu, parens, triformis
Brimus eris ministra.

Ἄλλοι, Τέρειναν ἄλλοι,
(Νιρεῖ δὲ καὶ) Θόαντι
Κραῖθις σύνοικος ἔσαι)
Πολλοὶ δὲ καὶ Μελίτην.
Παπποκτόνος δ' Ὀθρωνὸν
Κῆπειρον αὖτις ἥξει.
Ὁ δ' οἷος Αὐσονίοις
Τεθάψεται τάφοισι,
Νόσων τ' ἰατρὸς ἔσαι.
Τήμψαν δὲ Ναυβόλιοι,
Ἥξουσιν οἱ ἑταῖροι,
(Σηταίαν ἐν πέτραισι
Μίμνει μόρος δυσαίων)
Οἳ δ' αὖ πόλιν Λάμητον.
Καὶ ταῦτα πάντ' ἄνοσοι
Τλήσουσιν οἱ Πελασγοί.
Οὐδ' οἷς πάτραν μολόντες
Κύρσουσι τῶν κρατίστων.
Ὁ γὰρ μέσον σκεπάρνῳ
Κόγχον τυπεὶς πεσεῖται,
Καὶ μὴν τὸ πᾶν ὁμοίως
Ἀνάκτος στρατηγοῦ
Τῷ Κρητὶς οἶκος ἔσαι.
Λοκροὶ δὲ παρθένους ἃς
Πέμψουσιν ἐς Ἀθηνᾶν
Ἐς Ἴλιον στένοντες.
Σὺ δ' αὖ ἐπωπὶς ἔσσῃ,
Μῆτερ, θεᾶς τριμόρφου.

Ὀσᾶ

Ὅσα δ' ἐμοῦ ξυναίμου
Ἄχεσ' ἐς ἄστυ Θήβης.
Κλέος δ' ἐμῆς γενέθλης
Αὔξουσιν ἄμναμοί μου,
Σκύμνοι διπλοῖ λέοντες.
Τοιαῦτα πυργοπόρθοι
Μέλλουσι πάντα πάσχειν.
Πόθεν δὲ ταῦθ' ὑπῆρχε;
Πρῶτον κόρην βοῶπιν
Σαράπτιοι φίλκον.
Κούρητες αὖθις ἄλλην,
Τεῦκρόν τε καὶ Σκάμανδρον
Πέμψαντες, Ἡρακλῆ τε.
Θρῄκη πρὸ θεῖσ' ἀφῆκεν
Τριέσπερον λέοντα.
Τυρσηνὸς αὖτις αἴας
Οἰνωτρίας κράτησεν.
Πάρις δὲ λοῖσθος εὖδον
Πῦρ μοῦνος ἐξεγείρει.
Ἥξει γὰρ Ἀτρέως παῖς,
Κόδρῳ κέλωρ, Ὀρέστης,
Λακμώνιοι τέταρτοι.
Ἥξει Μίδας μετ' αὐτὸς
Ξέρξης τε πρὸς Πελασγούς·
Ἕως ἄναξ Μακηδὼν
Ἀμφοῖν μέγας κρατήσῃ,
Παρ' ὅ γε συγγενής μου
Διαλλαγῶν κυρήσει.
Μάτην δὲ ταῦτα βάζω.

Tum fratris oſſa noſtri
Ferentur vsque Thebas.
In poſteris auorum
Creſcet decus meorum,
Leunculis duobus.
Haec Ilii cruentis
Sunt peſtibus ferenda.
At cauſa quae ſit horum?
Phoenix bouem puellam
Abduxit in carina.
Aliam ſtatim rapit Cres,
Teucro ſimul, Scamandro
Miſſo, Trinoctioque.
Thraces repente caeſi
Tyrinthium vocarunt.
Tyrrhenus inde terram
Oenotriam tenebat.
Sed vltimus fauillas
Paris reſuſcitabit.
Exiſtet hinc Mycenis
Regnans, itemque Oreſtes,
Neleus, itemque Dores.
Midas ſequetur iſtos,
Xerxesque contra Achiuos:
Donec ſatus Philippo
Vtrosque ſubiuget rex,
Cum quo meus propinquus
In foedus ibit olim.
Loquor ſed iſta fruſtra.

Fidem Deus negauit. Πίστιν μ' ἀφεῖλ' Ἀπόλλων.
Sed facta ſubſequentur. Θήσω δὲ ταῦτ' ἀληθῆ.
Quod poſteri videntes, Τᾶτ' αὖ μαθόντες ἄλλοι,
Ad aſtra laude tollent Τὴν φοιβόληπτον αἰεὶ
Hirundinem canoram. Χελιδόν' αἰνέσουσιν.

TA-

TABVLA SYNOPTICA CASSANDRAE.

Caſſandra Lycophronis habet partes tres:

I. *Prologum nuncii*, Priamo vaticinia Caſſandrae narraturi, v. 1—15. cum expoſitione temporis, quo ea edidit, v. 16—30.

II. *Caſſandrae vaticinia ipſa*, v. 31—1460.

III. *Epilogum nuncii*, v. 1461—1471. cum voto, v. 1472—1474.

Caſſandra autem ipſa

I. Deplorat Troiam vaſtatam, v. 31.
   1) ab Hercule, v. 32.
   2) a Graecis, v. 52, vbi lamentationem adiungit, v. 69.

II. Recenſet varias clades, e bello Troiano orituras, et quidem

1) Tro-

1) Troianorum; in his
   a) Paridis, qui
      α) Helenam rapiet, v. 86.
      β) eadem priuabitur a Proteo, v. 110.
      γ) inanis in patriam redibit, v. 139.
      (Hic recenſentur *quinque* Helenae proci, v. 146. *Theſeus* et *Paris*, v. 147. 148. *Menelaus*, v. 149. *Deiphobus*, v. 168. et *Achilles*, v. 172.)
      δ) Graecos irritatos excitabit, v. 180. qui
      א) Iphigeniam ſacrificabunt, v. 183.
      ב) iureiurando conſtricti nauigabunt Troiam, v. 202.
         aa) *generatim* nauigantes per mare, v. 216.
         bb) *ſpeciatim* praeternauigantes Myrinnam, v. 243.
      ג) Troiam vaſtabunt, v. 249.
   b) Hectoris, v. 258.
   c) Troili, v. 307.
   d) Sororum, et quidem
      α) Laodices, v. 314.
      β) Polyxenae, v. 323.
   e) Matris Hecubae, v. 330.
   f) Priami, v. 335.

g) Sui

g) Sui ipſius, v. 348. cuius gratia quippe Pallas Graecis multa mala ſit immiſſura, v. 361.

2) Graecorum, v. 365. easque

a) ante reditum, vbi

α) alii naufragium facient et peribunt, v. 373. vt:

א) Aiax Locrenſis, v. 387. (hic inſeritur generale de Graecis vaticinium, v. 408.)

ב) Phoenix, v. 417.

ג) tres alii, Calchas, v. 424. Idomeneus, v. 431. et Sthenelus, v. 433.

ד) duo alii, Mopſus et Amphilochus, v. 439.

β) alii, poſt varios errores, in terras peregrinas eiicientur, easque accolent, vt:

א) quinque in Cyprum venientes, v. 447.

aa) Teucer, v. 450.

bb) Agapenor, v. 479.

cc) Acamas, v. 494. (Hic inferuntur multa de Dioſcuris, Caſtore, Polluce, de Apharidis, Ida, et Lynceo,

ceo, eorumque inter ſe praelio, v. 503—568.)

dd) Praxander, et
ee) Cepheus) v. 586.

ב) Diomedes, cum ſociis, v. 592.

ג) Boeoti, v. 633.

ה) Vlyſſes cum ſociis, v. 648.

ו) Menelaus, v. 820.

ז) tres alii, Guneus, Prothous, et Eurypylus, v. 877.

ח) Philoctetes, v. 909.

ט) Epeus, v. 930. Hic inferuntur fata nonnullorum Troianorum, quorum

aa) alii incolent Siciliam, v. 951. (vbi de Segeſta, v. 968.)

bb) alii habitabunt circa Sirin et Leutarniam, v. 978.

י) alii, qui conſcendent montes Tulleſios, v. 993.

יא) alii, qui Terinam incolent, v. 1008.

יב) Nereus et Thoas, v. 1011.

יג) alii, qui Meliten occupabunt, v. 1027.

יד) Elpenor, v. 1034.

טו) Podalirius, v. 1047.

טן) Nauboli poſterorum nautae, v. 1067. (Hic interponitur hiſtoria Setaeae, mulieris Troianae, v. 1075.)

יו) alii, qui circa Lametum habitabunt, v. 1083. Hinc ſequitur epilogus huius catalogi, v. 1087.

b) poſt reditum, vbi non mitiora experientur fata, v. 1090, vt:

α) Agamemnon, v. 1090. vbi iterum ea de ſe quaedam immiſcet v. 1108.

β) Locrenſes, v. 1141. vbi rurſus quaedam inferuntur

א) de Hecuba, v. 1174.

ב) de Hectore, v. 1189.

γ) Idomeneus, v. 1214. Hic immiſcet quaedam de poſteris ſuis, et originem vrbis imperiique Romani, ab Aenea ad Romulum ac Remum deducti, explicat, v. 1226. Tandem cladum harum catalogum longum claudit, v. 1281. 1282.

III. Poſt inquiſitionem in cauſſas inimicitiae inter Europam et Aſiam v. 1283. nectit hiſtoriam breuem rerum inter vtramque geſtarum, vbi occurrunt

1) Phoe-

Tabula Synoptica Caſſandrae.

1) Phoenices, rapientes Ionem, v. 1291.
2) Cretenſes, viciſſim rapientes Europam, v. 1295.
3) Argonautae, v. 1309.
4) Theſeus, v. 1322.
5) auus Caſſandrae, Thraciam vaſtans, et Hercules vindex, v. 1341.
6) Tyrrhenus, Italiam occupans, v. 1351.
7) Paris, v. 1362.
8) Graeci nonnulli, vt:
   a) Agamemnon, v. 1369.
   b) Oreſtes, v. 1374.
   c) Neleus, v. 1378.
   d) Dores, v. 1388.
9) Midas, v. 1397.
10) poſt varias clades mutuas, v. 1409. Xerxes, v. 1412.
11) Alexander M. et conſanguineus Caſſandrae, pacem cum eo facturus, v. 1435.

IV. Concludit longam oraculorum ſeriem, v. 1451—1460.

ΛΥΚΟΦΡΟΝΟΣ ΤΟΥ

ΧΑΛΚΙΔΕΩΣ ΑΛΕ-

ΞΑΝΔΡΑ.

ΛΥΚΟΦΡΟΝΟΣ ΤΟΥ ΧΑΛΚΙΔΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΑ.

Λέξω τὰ πάντα νητρεκῶς, ἅ μ' ἱστορεῖς,
Ἀρχῆς ἀπ' ἄκρης. ἢν δὲ μηκυνθῇ λόγος,
Σύγγνωθι, δέσποτ'. ἐ γὰρ ἥσυχος κόρη
Ἔλυσε χρησμῶν, ὡς πρὶν, αἴολον στόμα·
Ἀλλ' ἄσπετον χέασα παμμιγῆ βοὴν,
Δαφνηφάγων Φοίβαζεν ἐκ λαμπῶν ὅπα,

Σφιγ-

V. 1. Dicam omniam vere, quae me interrogas, inde ab initio; si vero paulo longior fuerit oratio, ignoscas, o Pria-

1. Λέξω τὰ πάντα νητρεκῶς) Duae introducuntur in hoc poëmate personae: altera Nuncii narrantis, Priami regis auscultantis altera. Vt enim solent in dramatibus ea, quae commode nequeunt in scenam proferri, per nuncios, testes oculatos, exponi: ita hic nuncius Cassandrae in carcerem conclusae appositus fingitur, qui eius verba subauscultaret, atque ad Priamum referret. Is nunc igitur, tamquam a Priamo de verbis a Cassandra prolatis interrogatus esset, vt ex fine libri liquet, attentione primum et benevolentia sibi comparata, oracula deinde Cassandrae per Mimesin, oratione recta, quam vocant, enarrat. Quod autem ad prima haec: *Dicam omnia*, &c. attinet, in iis imitatur Lycophron Homericum illud, τοὶ γὰρ ἐγώ τοι πάντα μάλ' ἀτρεκέως ἀγορεύσω.

3. ἥσυχος) modeste. Simile habes infra:

—— ἐ γὰρ ἥσυχος
Πορκεὺς δίκαιον στέλμα ναυτολῶν ἐλᾷ.

Ceterum inter alia horum signa, qui numine sunt afflati,

LYCOPHRONIS

CHALCIDENSIS

ALEXANDRA,

Latine ad Verbum reddita.

DICAM omnia clare, de quibus me interrogas,
A summo principio: si vero producatur oratio,
Ignoscas, here; nec enim modesta virgo
Resoluit oraculis os varium, sicut antea,
Sed immensum fundendo confusumque clamorem,
Lauriuoro vaticinata est ore,

Ni-

me. Non enim modeste, vt alias solet, filia tua, Cassandra, locuta est; sed vehementissime clamando fatidicum os flati, recensetur etiam illud, quod magno cum clamore confusoque tumultuantur. Vnde est illud Lucani de quadam, quae enthusiasmum simulabat:

— sub pectore ficta quieto
Verba refert, nullo confusae murmure vocis,
Instinctam sacro mentem testata furore; et postea:
— non rupta trementi
Verba sono, nec vox antri complere capacis
Sufficiens spacium. —

4. Χρησμῶν) pendet ab omisso διὰ aut simili praepositione. Neque ἔλυσε h. l. est, vt Scholiastes vult, κατέπαυσε, *desiuit*, sed potius *incepit*, vt recte Potterus explicat. Non enim de *fine* vaticiniorum Cassandrae, sed de *initio*, nuntius loquitur. R.

4. αἰόλοι) propter oracula varia et obliqua, quae ex ore prodibant.

6. δαφνηφάγων) fatidico. Lauri enim vis et proprietas multum putatur ad vaticinandum conducere. Quo factum est, vt ea vates coronari vescique consueuerint, quum erant oracula daturi, sicut et poëtae versus facturi

Σφιγγὸς κελαινῆς γῆρυν ἐκμιμουμένη.
Τῶν, ἅσσα θυμῷ καὶ διὰ μνήμης ἔχω,
Κλύοις ἄν, ὦ ναξ, κἀναπεμπάζων φρενὶ
Πυκνῇ, διοίχνει δυσφάτους αἰνιγμάτων
Οἵμας τυλίσσων, ἥπερ εὐμαθὴς τρίβος
Ὀρθῇ κελεύθῳ τἀν σκότῳ ποδηγετεῖ.
Ἐγὼ δ' ἄκραν βαλβίδα μηρίνθα σχάσας,
Ἄνειμι λοξῶν ἐς διεξόδους ἐπῶν,
Πρώτην ἀράξας νύσσαν, ὡς πηνὸς δρομεύς.
Ἠὼς μὲν ἀμπὺν ἄρτι Φηγίᾳ πάγον

Κραι-

resoluit, et obscurissime vaticinata est. E quibus vaticiniis quaecunque reminisci possum, ea, quaeso, audias, et, pro sapientia tua, filum orationis filiae tuae persequere, qua potes, et qua ad obscura eius aenigmata intelligenda te facilis via deducit. Ego vero, more cursoris, emissus e

caput coronabant. Huc allusum est a Tibullo:

— *sic vsque sacras innoxia lauros Vescar.*

cui consentaneum est, quod Euripides Cassandram dixit χλωροκόμῳ σεφάνῳ δάφνας κοσμηθεῖσαν, ὅταν θεῦ παντόσυνοι πνεύσω' ἐνάγκαι. Ac videtur hoc epitheton e Sophoclis Cassandra sumtum, de qua hunc versum citant grammatici; δαφνηφάγον ὀδόντι πρίετο σόμα. Fabula Daphnes in laurum conuersae omnibus est nota. Quare nos in his et similibus explicandis studio breuiores erimus.

7. κελαινῆς) obscurae, idque propter aenigmata, quae vulgata sunt. Cassandram autem obscure loquentem introducit Lycophron, vt decoro consulat. Alioqui tanta dictionis et vocum obscuritas in bono poëta, quemadmodum declarat Aristoteles, vix ferri posset.

9. κλύοις) Sic Atticos solere coram viris magnis loqui, omissa imperandi rusticitate, tradunt Graeci.

9. κἀναπεμπάζων) Sic Homerus: — καὶ ἐμῶν ἐμπάζεο μύθων. Transcurrendi verbum a cursu pedum ad mentis agitationem translatum est.

12. κελεύθῳ) Iter facere hic metaphorice est auscultare, et audita perpendere: quemadmodum et cursus pro narratione ponitur: sic apud Eurip. Tiresias:

ἄκου-

Nigrae Sphingis vocem imitans.
Quorum quaecumque in mente et memoria habeo,
Audias, Rex, reputansque animo
Sagaci transcurre obscuras aenigmatum
Scrutando cantiones, qua facilis semita
Recto itinere tenebrosa deducit.
Ego vero, valuam extremam soluens a fune,
Aggredior obliquorum cursum verborum,
Prima pulsans, tanquam cursor velox, repagula.
Aurora quidem altum Fagii iugum

Ce-

cancellis, aggrediar, cursum istorum aenigmatum enarrandorum persequi:

v. 16. Aurora montem Fagium iam superarat, et Tithonum ad radices eius montis in Cerne reliquerat,

ἔκιεν δὴ νῦν θεσφάτων ἐμῶν ὁδόν.

13. Ἐγὼ δ') A cursu stadiorum translatio. Funem vocat, quo carceres erant obducti, teste Pausania Eliac. β. quem vide. Obliqua verba dicit obscura Cassandrae oracula.

13-15. Ἐγὼ δ' ἄκραν-δρομεύς) Locus paulo intricatior, qui tamen ita, ni fallor, construendus est: ἐγὼ δὲ, σχάσας ἄκραν βαλβῖδα (ἀπὸ τῆς) μηρίνθου, ἄνειμι ἐς διεξόδους λοξῶν ἐπῶν, ἀράξας πρώτην νῶσαν, ὡς πτηνὸς δρομεύς. Βαλβὶς h. l. videtur dici locus, vnde cursores emittuntur, carceres, cancelli; νῶσα autem meta, sed non *vltima*, verum *prima*, quae a cursore praetereunda est. Hanc nuntius pulsare se dicit, praetereuntem, prae festinatione. Vide quoque ad h. l. Potterum. R.

16. Φηγίου) montis, ad Oceanum orientalem siti, et a fagis dicti. Ad eius radices est Cerne insula, quam nonnulli Hiberniam putant, et Ἰέρνην Strabonis. Hanno quoque in Itinerario suo Κέρνην recenset, νῆσον μικρὰν, κατ' εὐθὺ Καρχηδόνος κειμένην. Iam Tithonus est Aurorae concubinus. Idem vocatur paternus Priami frater, quod Tithonum ex Rheone, Priamum ex Leucippe procreaverit Laomedon; quique heic ἀμφιμήτριος, is alibi ἀμφιμήτωρ, et ἀμφίγονος seu ἀμφίσγονος vocatur.

Κραμπνοῖς ὑπερποτᾶτο Πηγάσου πλεροῖς,
Τιθωνὸν ἐν κοίτησι τῆς Κέρνης πέλας
Λιπεῖσα, τὸν σὸν ἀμφιμήτριον κάσιν.
Οἱ δ' ἅσα γρώνης εὐγάληνα χερμάδος
Ναῦται λίαζον, κἀπὸ γῆς ἐσχάζοσαν
Ὕσπληγγας. αἱ δὲ παρθενοκτόνον Θέτιν
Ἰθλόπεζοι θεῖνον εὐῶπες σπάθαις
Πελαργοχρῶτες, αἱ Φαλακραίας κόρας,
Ὑπὲρ Καλυδνῶν λευκὰ φαίνουσαι πίλα,
Ἄφλασα, καὶ φώσσωνας, ὠργυιωμένους
Ἀπαρκτίας πρηστῆρος ἀϊθώνος πνοαῖς.
Ἡ δ' ἔνθεον σχάσασα βακχεῖον σόμα,

Ἄτης

v. 20. Nautae vero, Paridem ad Helenam deducturi, a terra soluebant, et naues Helleſpontum traiiciebant, quarum remos vltra duas inſulas Troianas, Calydnas, cernere poteramus,

20. εὐγάληνα) ab effectu. Nautas dicit eos, qui cum Paride profecturi in Graeciam erant.

22. παρθενοκτόνον Θέτιν) Per hoc, mare: per illud, Helleſpontiacum intellige, in quo Helle virgo periit. Nazianzenus Theologus alicubi παρθενικὸν πέλαγος dixit.

23. ἰθλόπεζοι) Iulus, qui et ἔνίσκος, vermis eſt multipes: cum quo nauem Paridis comparat, quoad ea remis, vt ille pedibus, abundaret.

24. Φαλακραίας κόρας) naues. Nam ex arboribus Phalacrae, quod eſt unum de quatuor Idae promontoriis, fabricatae erant. Simili venuſtate dixit Horatius:

Siluae filia nobilis;

et Varro Marcipore:

Phrenetici Septentrionum filii: quum de ventis loqueretur. Naues etiam ciconipelles vocat, quod inſtar ciconiarum partim albae ſint, ratione velorum: partim nigrae, ſi naues ipſas conſideres.

25. Καλυδνῶν) inſulas duas Tro-

Celeribus iam ſuperuolabat Pegaſi alis,
Tithonum in cubili prope Cernen
Relinquens, tuum paternum fratrem:
Funes vero tranquillos a concavis ſaxis
Nautae ſoluebant, et a terra laxabant
Ancoras: virgicidam autem Thetim
Iulipedes pulcrae ſulcabant remis
Ciconipelles Phalacraeae filiae,
Vltra Calydnas albas oſtendentes alas,
Roſtraque et expanſa vela,
Septentrionalibus turbinis acuti flatibus:
Quum, diuinum reſolvens os fatidicum,

E

v. 28. Quum Alexandra, filia tua, o Priame, ex Ates collibus, in quibus eam carcere concluſiſti, ſic vaticinari coepit:

Troianas, de quibus lib. 13. Strabo. Albas alas dicit remos recens politos. Eſſe porro alas nauium, remos, non, vt quidam putarunt, vela, docet Homerus Odyſſea, οὐδ' εὐήρε' ἐρετμὰ, τά τε πτερὰ νηυσὶ πέλονται.
Simili quoque figura dixit Poëta remigium alarum: et Propertius:

— *claſſis centenis remigat alis.*

Admonet praeterea Pollux, extremas remorum partes πτερὰ καὶ ταρσοὺς dici. Cur denique alae nauium remi dicantur, nemo dubitabit, qui quidem remigationem ipſam aequaliter procedentem inſpexerit. Tum namque ſublati et demiſſi remi, auium ſpeciem in aëre volantium, et alas eodem agitantium modo, prorſus referunt.

27. ἀπαρκτίαις) Septemtrionis, phraſis eſt Homerica, vt quum ait:

Νεστορέῃ παρὰ νηὶ παλαιγενέος βασιλῆος;

nempe quum ἀπὸ κτητικοῦ ὀνόματος ἀναλυθέντος ποιεῖται γενικὴ σύνταξις, vt inquit Euſtathius.

Ἄτης ἀπ' ἄκρων βπλανοκτίτων λόφων,
Τοιῶνδ' ἀπ' ἀρχῆς ἦρχ' Ἀλεξάνδρα λόγων.

Αἰ αἰ, τάλαινα θηλαμὼν κεκαυμένη,
Καὶ πρόσθε μὲν πεύκῃσιν ἁλαμηφόροις
Τριεσπέρου λέοντος, ὃν ποτε γνάθοις
Τρίτωνος ἠμάλαψε κάρχαρος κύων.
Ἔμπνους δὲ δαιτρὸς ἡπάτων φλοιδούμενος,
Τινθῷ λέβητος, ἀφλόγοις ἐπ' ἐσχάραις,
Σμήριγγας ἐσάλαξε κωδείας, πέδῳ,

Ὅ

v. 31. O miſera patria, bis iam vaſtata ac vaſtanda! *primum* ab Hercule, qui in ceti, canis Neptunii, os aliquando

29. Ἄτης - λόφων) Colles Troianos intelligit, in quibus turris erat, Caſſandrae carcer. Nominum origo hinc profluxit. Quum Dardanus e Samothracia in oppoſitam continentem profectus, vrbem ibi vellet exſtruere, prohibitus eſt oraculi voce, quae omnibus eum locum habitaturis ἄτην, id eſt calamitatem et perniciem, inſtare praemonebat. Itaque appellati ſunt Ates colles, et ἀτιολόφος vna voce, ſi Phauorino credimus. Poſtea Ilus oraculo accepto, vt vaccam ſequutus, vbi illa primum procumberet, illic vrbem conderet, ad Ates colles deuenit (qui hic ideo vacciuagi vocantur, a vacca ad illos vſque euagata) et Ilium ibidem poſuit.

31. θηλαμὼν) patria, nempe Troia. Sic in epigrammatibus Chreſtodorus:

Δαρδανίλην ξύμπασαν ἐληΐσαντο τιθήνην. id eſt, Dardaniam totam nutricem ſunt populati.

Catullus patriam genitricem in Galliambo dixit.

32. πεύκῃσιν) Hercules ob denegatos equos, a Laomedonte ſibi promiſſos, Troiam expugnauit. Eum trinoctem vocat, quia, vt inquit Propertius,

Iupiter Alcmenae geminas requieuerat arctos.

34

E ſummis Ates vacciuagis collibus
Tales exorſa eſt Alexandra ſermones:

Heu heu miſera nutrix incenſa,
Ac prius quidem nauibus turmiferis
Trinoctis leonis, quem aliquando maxillis
Aſper Tritonis canis deglutiuit.
Viuus autem diſſector inteſtinorum ambuſtus,
In calido campo, in ollae focis non ignitis
Iubas capitis deſtillauit

In-

inſiliit, et, diſſectis eius inteſtinis, viuus, nonniſi capillo aduſto, exiit; et qui ſuos ipſe infantes occidit;

34. Τρίτωνος) Neptuni, cuius canem vocat cetum, qui a Neptuno in agrum Troianum erat immiſſus. Eum Hercules interfecturus, totus a bellua fuit abſorptus, cuius inteſtina quum deinde in ventre diſſecuiſſet, poſtea, mortuo ceto, viuus exiit, capillis tantum amiſſis, quos nimius belluini ſtomachi calor decoxerat.

34. κάρχαρος) Canes enim, et piſces omnes carniuori aſperos et ſerratos, non continuos, habent dentes: vnde et καρχαρόδοντες nuncupantur.

35. φλοιδώμενος) calore ceti interno. Calidum campum vocat ceti ventrem, quem etiam ollam appellat ignis expertem: ſiquidem interno calore fouetur. Aliter Heſiodus ἄπυρον οἶκον dixit mare.

36. 37. Τινθῷ λέβητος—πέδῳ.) Quamuis Scholiaſtes hoc τινθὸς ſubſtantiue explicet, ego tamen adiective capiendum et cum πέδῳ coniungendum eſſe, cum Cantero arbitror, vt ſit *capax*, et ordo hic: ἐξάλαξε σμηρίγγας κωδείας τινθῷ πέδῳ λέβητος, i. e. *deſtillauit* (h. e. amiſit) *iubas capitis in capaci ollae ſolo*, (et) *in fotis non ignitis*. Sane tropi valde duri ac difficiles, ſed amat hoc Lycophron. R.

Ὁ τεκνοραίστης, λυμεὼν ἐμῆς πάτρας.
Ὁ δευτέραν τεκοῦσαν ἄτρωτον βαρεῖ
Τύψας ἀτράκτῳ στέρνον, ἔν τ' αὐλῷ μέσῳ
Πατρὸς Παλαισοῦ χερσὶν ὀχμάσας δέμας,
Κρόνᾳ παρ' αἰπὺν ὄχθον, ἔνθα γηγενῆς
Ἵππων ταραχτὴς ἐσὶν Ἰσχένᾳ τάφος.
Ὁ τὴν θαλάτ]ης Αὐσονίτιδος μυχοὺς
Στενοὺς ὀπιπ]εύσαν ἀγρίαν κύνα
Κτανὼν ὑπὲρ σπήλυγγος ἰχθυωμένην,
Ταυροσφάγον λέαιναν, ἣν αὖθις πατὴρ
Σάρκας καταφθων λοφνίσιν δομήσατο,

Λέπ-

v. 39. Qui Iunonem nouercam, Neleo opitulantem, vulnerauit, qui ipsum patrem, Iouem, in Olympo vicit, vbi nunc Ischeni, patriam amantis, sepulchrum est;

38. Ὁ τεκνοραίστης) Vide Senecam Hercule Furente, et alios, qui Herculis historiam exposuerunt latissime, in his Diodorum Siculum. Alteram matrem dicit Iunonem, nouercam Herculis: quam ille, quum Neleo opem ferret, vulnerauit, quanquam diuinitas vulneribus non solet esse obnoxia. Historiam habet Homerus Iliad.

41. Πατρὸς Παλαισοῦ) Iouis, qui cum Hercule Olympicum certamen instituente luctatus est, et ex eo Luctator dictus. Sequentia verba tria gestum exprimunt luctantium, qui sese mutuo comprehendere solent, et constringere, id vno verbo Graeci dicunt διαλαβῶν.

42. Κρόνᾳ παρ' αἰπὺν) Olympum, qui antea Saturnius collis dicebatur. Solebant enim olim loca omnia sublimia Saturno dicari. Pindarus Olympiis de Hercule, καὶ πάγον Κρόνᾳ προσεφθέγξατο. Similiter in Bibliis qui dicantur montes Dei, non, est obscurum.

43. Ἰσχένᾳ) qui quum pro ciuibus suis se deuouisset, in stadio sepultus est ad metam. Quidam hic malunt Ὠλένᾳ legere, cuius viri meminit Pausanias, quum de Taraxippis loquitur. Ponitur

Infanticida, patriae vaſtator meae,
Qui alteri matri inuulnerabili pectus
Graui vulneravit ſagitta, et in ſtadio
Patris Luctatoris corpus manibus ſuſtulit
Apud altum Saturni collem, vbi terrigenae
Equos turbans eſt Iſcheni ſepulcrum:
Qui maris Italici ſpecus
Anguſtos obſeruantem ſaeuam canem,
Supra ſcopulum piſcantem leaenam
Tauros mactantem occidit: quam rurſum pater,
Corpore lampadibus combuſto, reſuſcitauit,
Non

v. 44. Qui Scyllam occidit, ob tauros Geryonis ſibi ab ea ablatos, quam pater eius, Phorcus, combuſtam, reſuſcitavit;

tur autem per Synecdochen meta pro toto ſtadio.

43. Ἵππων ταραχτὴς) Hinc ſolent ea loca Taraxippi vocari, quod eo venientes equi terreantur. ἔδοξεν ἔν τοῖς Ἡλείοις, inquit alicubi Dio, ὡς δαιμονίᾳ τινὸς ὄντος, ἱδρύσασθαι βωμὸν Ποσειδῶνος. καὶ τὸ λοιπὸν φασὶν γεγονέναι τὸν τόπον ἀσφαλῆ.

44. Αὐσονίτιδος) Siculi, quod eſt prope Rhegium; nam et Euripides ait:

— ἣ τυρσηνὸν ὤκησεν πέδον.

Saeuam canem dicit Scyllam, Phorci filiam, quae quum Herculi tauros Geryonios abſtuliſſet, ab eo fuit occiſa. Eam deinde Phorcus, combuſtam ritu veterum, reſuſcitauit, vt fieret ἀθάνατον κακὸν, purgata per ignem faece terreſtri: quale quiddam in Pelia et Hercule apud Ouid. in Achille apud Apollonium repraeſentatur. Huc pertinet poëma Virgilii, Ciris.

46. ὑπὲρ σπήλυγγος) Expreſſit Homericum carmen Odyſſ. μ.

αὐτῆ δ' ἰχθυάα σκόπελον περιμαιμώωσα.

id eſt,

Illic piſcatur ſcopulos circum vndique rimans.

Proſerpinam dicit fatum ſeu mortem, quam Scylla, quum immortalis eſſet, non timebat.

50.

Λέπτυνιν ȣ̓ τρέμȣσαν ȣ̓δαίαν θεάν.
Ἐξηνάριξεν ὅν ποτ' ἀξίφῳ δόλῳ
Νέκυς, τὸν ᾅδην δεξιȣ́μενον πάλαι.
Λεύσσω σε, τλῆμον, δεύτερον πυρȣμένην,
Ταῖς τ' Αἰακείοις χερσὶ, τοῖς τε Ταντάλου,
Λαίτριναν οἰκουροῦσι, λειψάνοις πυρὸς,
Παιδὸς καταβροχθέντος αἰθάλῳ δέμας·
Τοῖς Τευταρείοις βȣκόλȣ πτερώμασι,

Τὰ

v. 50. Quem denique Neſſus, centaurus, non gladio, ſed veneno illati ſibi ab eo vulneris, per Deianiram occidit.

50. ἀξίφῳ δόλῳ.) Veneno, quo Neſſus centaurus Herculi mortem procurauit. Hiſtoriam totam elegantiſſime Sophocles Trachiniis tractavit, vbi ſic inter cetera Hercules ipſe:

ἐμοὶ γὰρ ἦν πρόφαντον ἐκ πατρὸς πάλαι,
πρὸς τῶν πνεόντων μηδενὸς θανεῖν ὕπο,
ἀλλ' ὅστις ᾅδȣ φθίμενος οἰκήτωρ πέλει.

quae nos raptim ſic vertimus:

Nam Dius olim mi pater praedixerat,
Viuente dextra corruturum nullius,
Sed inferûm qui mortuus foret incola.

51. δεξιȣ́μενον) Hoc vel de Neſſo poteſt intelligi, ſi legas δεξιȣ́μενος, qui iampridem erat mortuus, antequam ipſius opera Hercules periret: vel de Hercule ipſo, ſi alteram ſequare lectionem, qui iam ante ad inferos venerat, Cerberum ablaturus. Quam enim adfert interpretationem tertiam Scholiaſtes de Plutone ab Hercule vulnerato, et iaculis tanquam epulis excepto, ea nimis dura videtur.

53. Αἰακείοις) Vocabulo ſum vſus Plautino. Tria autem hic ponit Poëta, ſine quibus in caſtra Graecorum aduectis non poterat, vt ferebant oracula, Troia capi: oſſa Pelopis (quibus tamen quidam Rheſi equos ſubſtituunt,) Neoptolemum Achillis filium, et ſagittas Herculis,

Non timentem Proſerpinam infernam deam:
Quem quondam dolo necauit inermi
Mortuus, Orco dudum ſalutato.
Video te, miſera, ſecundo comburi
Aeacidinis manibus, et Pelopis
A flamma devorati
Reliquiis ignis, Laetrinam tenentibus,
Et Teutari bubulci telis.

Quae

v. 52. Sed *iterum* vaſtaberis tribus rebus, 1) manu Neoptolemi, Aeacidae, 2) oſſibus Pelopis, a Tantalo patre cocti. ac Laetrinae in Elide ſepulti, et 3) ſagittis Herculis, quas ille a Teutaro, Amphitryonis bubulco, accepit.

culis, quae penes Philocteten erant. His ergo tribus (quamquam alia tria ponit Plautus Bacchidibus) Ilii perdendi cauſam tribuit. Per manus Aeacidinas primum Neoptolemum ſeu Pyrrhum intellige, Aeaci pronepotem.

53. Ταντάλȣ) Filii Tantali, inquit Poëta. Ego *Pelopis*, quod idem valet, expoſui, quo ſenſus eſſet facilior. Laetrina eſt Elidis vrbs, abſque diphthongo ſcribenda, vt patet ex verſu paulo poſt ſequente:

ἔστιλ Ἐρεχθεὺς ἐς λετριναίας γυίας.

Pauſanias quoque Letrinos vocat.

55. καταβροχθέντος) quum à patre Tantalo coctus, Diis ad epulandum propoſitus eſt. Reliquias ignis dicit oſſa ex rogo ſeruata, de quibus quidem Palladium fertur exſtructum fuiſſe.

Elide ſolebat oſtendi Pelopis coſta, quam eburneam affirmabant:

Plin. lib. 28. cap. 4. Eam in itinere ſubmerſam, quum Troiam deferretur, tradit Pauſanias.

56. Τευταρέιοις) Scythae, qui fuit Amphitryonis bubulcus, Herculemque et iaculandi artem docuit, et ſagittis donauit: quamuis hoc Homerus ac Theocritus Euryto tribuant. Iam phraſis haec ſimilis eſt ei, quae praeceſſit in verſu:

ἀπαρκτίαις πρηστῆρος αἴθωνος πνοαῖς.

57.

Τὰ πάντα πρὸς φῶς ἡ βαρύζηλος δάμαρ,
Στείλασα κοῦρον τὸν κατήγορον χθονὸς,
Ἄξει, πατρὸς μομφῆσιν ἠγριωμένη,
Λέκτρων θ' ἕκατι, τῶν τ' ἐπεισάκτων γάμων. 60
Αὐτὴ δὲ φαρμακουργὸς, οὐκ ἰάσιμον
Ἕλκος δρακοῦσα τῷ ξυνευνέτᾳ λυγρὸν,
Γιγαντοραίσοις ἄρδισι τελρωμένη
Πρὸς ἀνθοπλίτᾳ, ξυνὸν ὀγχήσει μόρον,

Πύρ-

v. 57. Quae omnia tibi accident per aemulam Helenae, Oenonen, Paridis vxorem, quae quidem Corythum filium mittet ad prodendam Graecis Troiam, sed tamen, cum

57. δάμαρ) Oenone, quam Paris ante Helenam duxerat, vt patet ex Ouidii epistola Oenones ad Paridem. Eam Clemens Alexandrinus lib. Stromatum primo inter vates recenset, his verbis: Ἕλενος ἤδη καὶ Λαοκόων καὶ Οἰνώνη καὶ Βρῆνος ἐν Ἰλίῳ. Vbi sane putarim legendum vno verbo Κεβρῆνος, fuit enim Oenone Cebrenis filia. Ceterum, quod heic adfert Scholiastes de Corytho, Oenones filio, qui Graecis dux fuerit Troiam nauigantibus, probare non possum, quum praesertim nullo nitatur testimonio. Existimarim potius haec de Heleno vate, Priami filio, esse intelligenda: qui, ut ex Calabro constat, odio in Troianos et Alexandrum concepto, ad Graecos transfugit, vt scribunt Orpheus ac Tryphiodorus, illisque tum oracula de Troia capienda expositit, quod testatur etiam Sophocles Philoctete, tum adiutor fuit vna cum Antenore, vt Palladium furtim auferrent, in quibus quidem perpetrandis Oenones quoque operam interceſſiſſe fit verisimile. Heleno porro ob hanc operam Graecis praestitam, libertatem primum, deinde etiam Neoptolemi regnum ex parte obtigisse, docet Virgilius tertio.

57. πρὸς φῶς ἄξει.) Scholiastes φανερώσει, perperam, vt opinor. Nullum enim in fabulis vestigium est, Oenonen *secreto aliquo in lucem proferendo*, Troianis nocuisse, sed tantum, vt ipse Lycophron statim addit, mittendo Corytho filio, vt Graecos aduersus patriam

suam

Quae omnia in lucem uxor aemula,
Miſſo iuuene terrae proditore,
Proferet, patris accuſationibus exaſperata,
Cubiliumque cauſa et peregrinarum nuptiarum.
At ipſa medica immedicabile
Vulnus mariti tetrum intuita,
Gigantiperdis ab aduerſario ſagittis
Vulnerati, communem obibit mortem,

Sum-

videbit, Paridem a Philoctete ſagittis Herculis inſanabiliter vulneratum eſſe, pariter mortem occumbet, et ſe, mariti amore, e turri praecipitabit.

ſuam duceret. Igitur πρὸς φῶς ἄγειν nihil aliud eſt, niſi *ad effectum perducere*, *occaſionem praebere*, vt 1) per Neoptolemum, 2) oſſa Pelopis, 3) ſagittas Herculis, capi Troia poſſet. R.

59. πατρὸς μομφαῖσιν) haud dubie Cebrenis, qui ei exprobrabat, quod ſe, coniugem legitimam, a Paride, marito, per adulterium cum Helena, tantopere violari impune pateretur. R.

60. γάμων.) Helenae, quam Paris, Oenone relicta, pro vxore habebat.

61. Αὐτὴ δὲ) Quum Paris a Philoctete vulneratus ad Oenonen confugiſſet, quam ſciebat medicinae peritam eſſe (vt teſtatur etiam Ouidius), ſanari tamen non potuit, quod eſſent Herculis tela, quibus ipſe vulneratus fuerat, letalia. Sic ergo mortuo Paride, Oenone mox, prae nimio mariti deſiderio, mortem ſibi conſciuit, atque e turri ſe in rogum Paridis praecipitauit.

63. γιγαντοφαίστοις) Quibus olim Hercules gigantes Thraces cum Ioue belligerantes confecerat. Aduerſarium dicit Philoctetem. Hiſtoriam tradit Calaber lib. 10.

64. ξυνὸν ἔγχήσει μόρον) *Commune letum* aut intelligendum eſt de eo mortis genere, quod Oenone cum multis aliis commune habet, qui ſe pariter ex alto praecipitarunt, aut, (quod malim) de morte ea, quam *communiter*, h. e. *ſimul* cum Paride marito, obiit, etſi hic ſagitta percuſſus eſt, illa ſe de turri praecipitauit. De lectione verbi ἔγχήσει vide infra ad v. 1049. R.

Πύργων ἀπ' ἄκρων πρὸς νεόδμητον νέκυν
Ῥοιζηδὸν ἐκβράσασα κύμβαχον δέμας.
Πόθῳ δὲ τᾷ θανόντος ἡγκισρωμένη,
Ψυχὴν περισκαίροντι Φυσήσει νεκρῷ.
Στένω, στένω σε δισσὰ καὶ τριπλᾶ, δορὸς
Αὖθις πρὸς ἀλκὴν καὶ διαρπαγὰς δόμων,
Καὶ πῦρ ἐναυγάζεσαν αἴσωτήριον.
Στένω σε, πάτρα, καὶ τάφους Ἀτλαντίδος
Δύπ]ε κέλωρος, ὅς ποτ' ἐν ἐαπ]ῷ κύτει,
Ὁποῖα πόρκος Ἰσριεὺς τε]ρασκελὴς,
Ἀσκῷ μονήρης ἀμφελυ]ρώσας δέμας,
Ῥυθειμνιάτης κέπφος ὥς, ἐνήξατο,
Ζήρινθον ἄντρον τῆς κυνοσφανοῦς θεᾶς
Λιτῶν, ἐρυμνὸν κτίσμα Κυβάντων, Σάον,

Ὅτ'

v. 69. Ingemiſco propter te ſaepius, et propter impendentem expugnationem tuam.
v. 72. Defleo te, et ſepulchra maiorum, inprimis Electrae, et

70. πρὸς ἀλκὴν) Haec verba aut conſtruenda ſunt cum ἐναυγάζεσαν, aut potius tmeſis eſt pro: προσεναυγάζεσαν ἀλκὴν, quod praetulerim. R.

72. τάφους) Multitudinis numerus pro ſingulari. Dardanum autem intelligit, ex Electra Atlantis filia, et Ioue prognatum, cuius ſepulcrum ad Troiam erat.

73. δύπτε) quia diluuii Deucalionei tempore, vt ſequitur, e Samothracia in Phrygiam enatauit, ſuper vtres conſutos, idque ſolus, inſtar apri Iſtrii, quem ſingularem et μόνιον vocant. Nam quod hic de porco nugatur Scholiaſtes, eſt prorſus ineptiſſimum. Simpliciter enim intelligendum eſt, Dardanum e Samothracia in Phrygiam enataſſe more fulicae, auis marinae, et quidem ſolum, inſtar apri, qui ſingularis et ſoliuagus, non gregatim paſci ſolet. Porci autem vocabulum de apro antiquitus Graece ſumi, ex Varrone nos docuit Ioſe-

Summis e turribus ad recens cadauer
Impetuoſe corpus praeceps proiiciens;
Mortuique ſtimulata deſiderio,
Animam in palpitans exſpirabit cadauer.
Defleo defleo te bis terque, rurſus
Haſtae vim, et aedium direptiones
Spectantem, ignemque vaſtatorem.
Defleo te, patria, et ſepulcra Electrae
Filii, natatoris: qui olim in utre conſuto
Inſtar Iſtrii apri quadrupedis
Singularis, utri corpus inuoluens,
Tanquam Rithymnia fulica enatauit,
Zerinthum caniuorae antrum deae
Relinquens, Saum, munitum Corybantum aedificium:

Quando

filii eius, Dardani, qui in diluuio Deucalioneo, e Thracia in Phrygiam, ſuper vtres conſutos, ſolus, tanquam fulica maritima, enatauit;

Ioſephus Scaliger, vir doctiſſimus. Eſt etiam hic notandum, quod in Phrygiam dicitur veniſſe Dardanus diluuii tempore. Phrygia enim prima ex aquis poſt diluuium apparuit, vt his verſibus docuit Sibylla:

Ὦ Φρυγίη, πρώτη δ' ἀναδύσῃ ἀφ' ὕδατος ἀκρῃ,
Πρώτη δ' αὖ θρέψεις γενεὴν ἑτέρην ἀνθρώπων.

76. Ῥιθυμνιάτης) Cretica; eſt enim Rhithymna Cretae vrbs: quae quia maritima eſt, fulicis, et aliis auibus marinis abundat.

77. ἄντρον) in Samothracia ſitum, vt teſtantur etiam Ariſtophanis ſcholia. Canivoram deam vocat Hecaten, quia, vt inquit Ouidius,

Exta canis Hecatae vidi libare Sapaeos.

Saus eſt Thraciae promontorium, in quo erat antrum Hecates, ſiue Rheae, quam Corybantes colebant, alii tamen Saonem ponunt inſulam.

Ὅτ' ἠμάθυνε πᾶσαν ὀμβρήσας χθόνα
Ζηνὸς καχλάζων νασμός. οἱ δὲ πρὸς πέδῳ
Πύργοι κατηρείποντο. τοὶ δὲ, λοισθίαν,
Νήχοντο, μοῖραν πρεμμάτων δεδορκότες.
Φηγὸν δὲ, καὶ δρύκαρπα, καὶ γλυκὺν βότρυν
Φάλαγ τε καὶ δελφῖνες, ἄν τ', ἐπ' ἀρσένων,
Φέρβοντο φῶκαι, λέκτρα θουρῶσαι βροτῶν.
Λεύσσω θέοντα γρηνὸν ἐπλερωμένον
Τρήρωνος εἰς ἅρπαγμα πεφναμένας κυνὸς,
Ἢ τόργος ὑγρόφοιτος ἐκλοχεύεται,
Κελυφάνῳ στρόβιλον ὀσρακωμένην.
Καὶ δή σε ναύτην Ἀχερσία τρίβος
Καταβάτις πύγαργον ἁ πατρὸς κόπρους
Στείβοντα ξακτῶν βεσάθμων ξενώσεται,

Ως

v. 79. Quo tempore grando et imber totam terram vastabat, turribus humi cadentibus, hominibus vero, morte ante oculos conspecta, enatantibus, maritimis denique animalibus arborum fructus vorantibus, et in hominum cubilia ingruentibus.

83. Φηγὸν δὲ) Simile est apud Horatium illud:

Piscium summa genus haesit vlmo: et Ouid.

— *hic summa piscem deprendit in vlmo.*

85. βροτῶν.) Phocas hominum amore capi, tradit Scholiastes, quod an verum sit, viderint alij. Mihi potius hoc videtur innuere Poëta, in diluuio pisces omnia loca libere peruagatos, etiam in aedes, hominumque cubilia deuenisse, et illic fuisse commissos, vbi solebant homines somnum capere.

85. θουρῶσαι) est forma verbi valde inusitata, cum frequentius occurrat θυρέω et θυρόω, quam θυράω; vnde ab illis fieri debebat potius θυρῶσαι, quod ipsum quoque habet diserte codex Witebergensis, chartaceus, ab Aristobulo Apostolio scriptus. Sed praeter hunc vnum nullus alius neque codex, neque editio, omnes potius in θυρῶσαι, a θυράω, mire consentiunt. R.

86.

Quando cunctam vastabat humectans terram
Grandinosus Iouis imber, turribus quidem
In solum cadentibus, hominibus vero natantibus
Vltimo ante oculos fato conspecto:
Glandes autem, fructusque, et vuas dulces
Balaenis delphinisque depascentibus, et phocis,
Quae in humana virorum irruebant cubilia.
Video currentem grypem alatum
Ad columbae rapinam, canis necandae:
Quam vultur vndiuagus genuit,
Oui testa rotundam circumtectam.
Te sane, nauta timide, Acherusia
Decliuis semita non iam patris fimum
Asperorum bubilium calcantem excipiet,

Vt

v. 86. Video Paridem fratrem, raptorem, naue euntem ad rapiendam Helenam, Iouis ex ouo Ledae filiam.
v. 90. Ergo tu, o Paris lasciue, Lacedaemonem ibis, nec iam in patris bubili versabere, aut de forma trium Dearum iudicabis;

86. γρυπὸν) Paridem raptorem. Si quis γρυπὸν malit, torrim exponet, et aeque de Paride intelliget, qui etiam infra, vbi de Philoctete agit Cassandra, φιτρὸς seu torris vocatur, propter Hecubae somnium, quo per torrim ac facem Paris indicabatur. Alatum vocat propter navem, qua vehitur.

87. τρήρωνος.) Helenae, quam propter libidinem columbam vocat: canem propter impudentiam. Notum est enim illud Homericum, ἔνεκ' ἐμεῖο κυνὸς, Vulturem deinde sumit pro olore rapaci; nec est ignota fabula Iouis in cygnum conversi, et oui Ledae, ex quo Helena cum Dioscuris prodiit.

90. Καὶ δήτε.) Apostrophe ad Paridem in Graeciam navigantem. Acherusia via est iuxta Taenarum, qua Lacedaemonem itur. Per fimum intelligit stabula; erat enim Paris pastor et agricola, ritu antiquo.

Ὡς πρόσθε, κάλλιος τὸν Θυωρίτην τριπλᾶς.
Ἀλλ' ὀσρίμων μὲν ἄντι, Γαμφηλὰς ὄνω
Καὶ Λᾶν περήσεις, ἀντὶ δ' εὐχείλω κάπης
Καὶ μηλιαθμῶν, ἠδὲ χερσαίας πλάτης,
Τράμπις σ' ὀχήσει καὶ Φερέκλειοι πόδες
Δισσὰς σαλαμβὰς κἀπὶ Γυθίω πλάκας,
Ἐν αἷσι πρὸς κύνεα καμπύλως σχάσας
Πεύκης ὀδόντας, ἕκτορας πλημμυρίδος,
Σκαρθμῶν ἰαύσεις εἰναφώσσοντα σόλον.
Καὶ τὴν ἄνυμφον πόρτιν ἁρπάσας λύκος,
Δυοῖν πελειᾶν ὠρφανισμένην γονῆς,
Καὶ δευτέραν εἰς ἄρκυν ὀθνείων βρόχων
Λήϊτιν

v. 94. Sed pro ſtabulis Maleam et Lan, vrbem, traiicies, et pro praeſepi, ouili, et pedo, nauis a Phereclo exſtructa te Lacedaemonem vehet,

v. 99. vbi, ad petram appellens, nautas a nauigatione diuturna reficies,

93. κάλλιος Θυωρίτην τριπλᾶς.) Quum de trium dearum pulcritudine iudex datus eſſes; tunc enim in Ida eras prope ſtabula paterna. Iudicium Paridis elegantiſſime deſcriptum qui volet videre, legat Coluthum Thebanum: ſed in ſomnis contigiſſe, quemadmodum recte monet Dares, meminerit. Θυωρίτης ſeu venditor hic aeſtimatorem et iudicem notat.

94. ὀσρίμων) Stabula exponenda ſunt ὄσριμα, ex Heſychio. Scholiaſtes enim hoc loco, vt ſaepe alibi, egregie hallucinatur. Malea Laconiae eſt promontorium, Las vero vrbs, quam Homerus Λᾶαν vocat. Terreſtrem remum dicit pedum paſtorale.

97. Φερέκλειοι πόδες.) naues, quae a Phereclo conſtructae erant, teſte Colutho, vnde et Ouidius:

Hac duce Sigeo dubias a littori feci
Longa Phereclea per freta puppe vias.

98. σαλάμβας) Laconiae iuxta Taenarum. Strabo vocat Θυρίδας Ταινάρω. Gythium eſt nauale Spartae, ſicut Piraeus Athenarum.

100. Πεύκης ὀδόντας) ancoras, quas apud Lucianum tumidus

Vt ante, formae tribus iudicem;
Sed pro ſtabulis quidem Maleam
Et Lan traiicies: pro pabuloſo vero praeſepi,
Ouilibuſque, et remo terreſtri,
Nauis te et Phereclei pedes vehent
Ad oſtia gemina, et Gythii aequora:
Vbi curuos ad petras eiiciens
Nauis dentes, aeſtum inhibentes,
Iactationibus liberabis vniuelem claſſem:
Multiuiramque rapiens lupus iuuencam
Duarum columbarum fetu orbatam,
Et in ſecunda externorum laqueorum retia
Cap-

v. 102. Helenam, ſeparatam a duabus filiabus, Iphigenia et Heſione, et bis iam in exterorum manus venientem (prius ſc. a Theſeo raptam) in medio Baccharum et Leucotheae ſacrificio occupatam, rapies, et

midus Lexiphanes, cuiusque dictio cum Lycophronica ibidem comparatur, ναυσιπέδας vocat. Duas columbas dicit Iphigeniam et Hermionen. Alii ſolam Hermionen ex Helena genitam aſſerunt.

102. ἄνυμφον) Scholiaſtes exponit πολύανδρον, Canterus *multiuiram*, Scaliger, *viroſam*, neſcio vnde omnes, cum multo ſimplicior, nec minus contextui aptum ſit, *male nupta*, *infeliciter collocata*. R.

104. δευτέραν) Prius enim a Theſeo ſeptennis rapta fuit Helena, poſterius a Paride. Aucupem dicit Paridem. Quomodo pennis ferae capiantur, docet Gratius; quo pertinet illud Virgilii:

Ceruum puniceae ſeptum formidine pennae:

et Lucani:

—— *dum pauidos formidine ceruos*
Claudat odoratae metuentes aëra pennae:

et Senecae initio Hippolyti: *Picta rubenti linea penna*
Vano claudat terrore feras.

Hanc pennam Oppianus δᾶμα πολύχροον appellat, et δαιδαλέην μήχανον.

Λῆϊτιν ἐμπταίσασαν ἱξευτῇ πτερῷ,
Θύσηισιν ἁρμοῖ μηλάτων ἀπάργματα
Φλέγουσαν ἐν κρόκησι καὶ βύνῃ θεᾷ,
Θρέξεις ὑπὲρ Σκάνδειαν Αἰγίλιθ τ' ἄκραν,
Αἴθων επακτὴρ καγχαλῶν ἀγρεύματι.
Νήσῳ δ' ἐνὶ δρακόντος ἐκχέας πόθον,
Ἀκτῆς διμόρφῳ γηγενῆς σκηπτοχίας,
Τὴν δευτέραν ἑωλον οὐκ ὄψει Κύπριν,
Ψυχρὸν παραγκάλισμα, κἀξ ὀνειράτων

Κε-

v. 108. In Aegyptum exsultans cum praeda abibis.
v. 110. Sed cum Salamine, in Attica, eâ abusus fueris, non pot-

105. ἐμπταίσασαν.) Ita Potterus legit, Canterus ἐμπαίσασαν alii, ἐμπεσοῦσαν; tres codd. vero Witteberg. constanter ἐμπέσασαν. Res, quoad sensum, eodem redit. R.

106. Θύσηισιν) nymphis marinis, quibus Helena sacrificabat, somnio quodam, vt nonnulli volunt, territa; tamen potest hoc etiam ad Isthmium festum referri, de quo Statius sexto:

— *quoties animosa resumit*
Leucothoë gemitus et amica ad litora festa
Tempestate venit. —

Inoni quidem Megarenses quotannis sacrificabant, nec non celebrabant eius ferias Epidaurii Lacones.

106-107. Θύσηισι-καὶ Βύνῃ θεᾷ.) Quid hic Bacchis cum Leucothea coniunctionis intercedat, vt communi sacrificii honore ab Helena afficiantur, si quis fortasse quaerat, is *Thebas*; communem vtrarumque patriam, cogitet. Bacchus enim, (cuius ministrae sunt Bacchae) Semeles et Iouis filius erat, Cadmi nepos; Leucothea autem (antea *Ino*) pariter ab hoc (Cadmo) progenita, adeoque ipsa Bacchi matertera. R.

108. Θρέξεις) in Ægyptum, quo Paris confugit (vel saltem tempestate delatus est Herodoto teste), quod a Spartanis sibi metueret. Scandea Citherorum est nauale secundum Pausan. et Stephanum. Thucydidis interpres duas ait esse in Citheris vrbes, alteram insulae cognominem, alteram Scandeam.

Aegi-

Captiuam impingentem aucupis penna,
Bacchis recens ouium libamina
In litore adolentem atque Leucotheae deae,
Curres ultra Scandeam et Aegili promontorium
Exultans praeda venator vehemens.
Effuso autem cupidine in draconis insula
Atticae, quod est biformis terrigenae regnum,
Alteram vanam non experiere Venerem,
Inane amplexamentum, et vacuis

E

eris vlterius ea frui, sed eius loco inane Helenae simulacrum amplexaberis.

Aegilus est Peloponnesi promontorium.

110. Νήσῳ δράκοντος.) Salamine, Atticae vrbe, quam draco quondam infestauit a Cychreo post interfectus. Huc pertinere videtur Homeri carmen:

Νήσῳ δ' ἐν Κρανάῃ ἐμίγην φιλότητι καθ' εὐνῇ.

hic enim Κρανάη quidam pro Ἀτθίδι sumunt. Biformem dicit Erichthonium, qui e terra procreatus, serpentis habuit pedes, et Athenis regnauit; nam ab ipso Athenienses nuncupantur Erichthonii.

111. ἐκτῆς - σκηπτοχίας) Hi Genitiui cum praecedentibus, et inter se sic cohaerent: *In insula Draconis*, ἐκτῆς, i. e. *quae est in Attica*, σκηπτοχίας (per appositionem) i. e. *quae* (Attica) *est ditionis*, διμόρφου γηγενοῦς, i. e. *Erichthonii*. De re ipsa vide Canteri notam ad h. l. R.

112. ἔωλον - Κύπριν) Ἔωλος proprie *hesternum*, *pridianum quid* denotat, et frequentissime de cibis vsurpatur. Iam cum, quae hesterna sunt, non *primum*, sed *iterum* adhibeantur, patet, ἔωλον h. l. esse ἐπεξήγησιν praecedentis, δευτέραν, nec proinde a Cantero, (qui ad verbum vertisse vult videri) per *vanam Venerem*, sed per *iteratam* verti debuisse. Sed eum Scaligeri versio haud dubie eo induxerat. R.

113. Ψυχρὸν.) Paridi enim, quum in Ægyptum venisset, Proteus Helenam ademit, vt sequitur, reddito eius simulacro, cum quo Troiam ille rediit. Assentiuntur huic historiae Stesichorus et Euripides:

Κεναῖς ἀφάσσων ὠλέναισι δέμνια.
Ὁ γάρ σε συλλέκτροιο Φλεγραίας πόσις
Στυγνὸς Τορώνης, ᾧ γέλως ἀπέχθεται
Καὶ δάκρυ, νῆϊς δ' ἐσὶ καὶ τητώμενος
Ἀμφοῖν, ὁ Θρήκης ἔκποτ' εἰς ἐπακτίαν,
Τρίτωνος ἐκβολαῖσιν ἠλοκισμένην
Χέρσον, περάσας, ἀχὶ ναυάτῃ σόλῳ,
Ἀλλ' ἀσίβητον εἶμον, οἷά τις σιφνεὺς,
Κευθμῶνος ἐν σήραγγι τετρήνας μυχὸς,
Νέρθεν θαλάσσης ἀτραποὺς διήνυσε,
Τέκνων ἀλύξας τὰς ξενοκτόνους πάλας,
Καὶ πατρὶ πέμψας τὰς ἐπηκόους λιτὰς,
Στῆσαι παλίμπους εἰς πάτραν, ὅθεν πλάνης
Παλλήνιαν ἐπῆλθε, γηγενῶν τροφόν·
Κεῖνός σε, Γουνεὺς ὥσπερ, ἐργάτης δίκης,

Τῆς

v. 115. Nam Proteus, Torones, Threſſae, coniux, qui ob filiorum, Tmoli ac Telegoni, interitum nec dolet, nec gaudet, et, qui a Neptuno patre impetrauit, vt per ſubterraneam cauernam Aegyptum rediret, vnde in Thraciam prius venerat, --

pides: quamquam hic Iunoni hoc factum tribuit, de qua ſic ait initio Helenae:

Δίδωσι δ' οὐκ ἔμ', ἀλλ' ὁμοιώσασ' ἐμοὶ
Εἴδωλον ἔμπνουν, ἁρπάσ' ξυνθεῖσ' ὕπο,
Πριάμῳ τυράννῳ παιδί, —

115. πόσις) Proteus.

116. ᾧ γέλως ἀπέχθεται.) Proteus Ægyptius (Thracem Virgilius facere videtur) quum in Thraciam veniſſet, duos ex Torona procreauit filios, Tmolum et Telegonum. Ii quum hoſpites omnes lucta victos occiderent, Proteus id aegre ferens, a Neptuno patre impetrauit, vt per ſubterraneam quandam cauernam in Aegyptum rediret. Poſtea vbi reſciuit, filios ſuos ab Hercule eſſe interfectos, nec gauiſus eſt eorum obitu, quia filii: nec etiam doluit, quoniam improbi fuerant. Sic apud Euripidem Theſeus, intellecto Hippolyti interitu:

Οὔτ' ἠδομαί τοῖσδ', οὔτ' ἀπέχθομαι κακοῖς.

Nec aliter apud Platonem Phaedo moriente Socrate ſibi accidiſſe refert.

120.

E ſomno palpans vlnis cubile.
Nam te inuiſus Phlegraeae coniugis
Maritus Toronae, qui riſu abſtinet
Et lacrymis, expers et carens
Vtroque: qui e Thracia quondam in litoralem
Nili ſulcatam excurſibus
Terram traiecit, non nauali profectione,
Sed inuia via, ſicut talpa
In hiatu cauernae perforatis ſinubus,
Subter mare iter faciens,
Liberorum hoſpicidas fugiendo luctas
Patrique preces fundendo impetrabiles,
Vt ſe reducem ſiſteret in patriam, ex qua erro
In Palleniam venerat, nutricem gigantum:
Ille te, tanquam Guneus iuſtitiae miniſter,

Et

v. 128. Hic igitur te, tanquam alter Guneus, Arabum iudex iuſtiſſimus, ac Themidis ſacerdos, Helena tua priuabit, et pro ea inane idolum tibi ſubiiciet,

120. χέρσον.) Aegyptum, quam Nilus quotannis aeſtate ſuperueniens fecundat; vnde infra θερμοτόκοι γύαι vocantur. Nilum etiam Apollonius Tritonem vocat,

καὶ ποταμὸς τρίτων καλλίῤῥοος, &c.

Nam, vt ex Hecataeo traditur, olim fuit nominatus Oceanus, Aegyptus (vt ab Homero), Aetos, Triton, ac demum Nilus, a Nilo quodam Aegypti rege. Palleniam dicit, quae poſtea Phlegra eſt vocata, teſte Herodot.

128. Γυνεὺς.) Is quondam in Arabia iudex iuſtiſſimus fuit: cui nunc Proteum confert. Ichnaea vocatur Themis ſeu Nemeſis, ab Ichnis, vrbe Macedoniae, ſecundum Strabonem et Stephanum, quibus hic aſſentior potius, quam Scholiaſti. Diodorus in Epigramm.

Ἀδρήστειά τε δία καὶ ἰχναία σε φυλάσσοι
Παρθένος, ἡ πολλοὺς ψευσαμένη νέμεσις, id eſt,

Adraſtea, precor, te diua,
Ichnaeaque virgo
Conſeruet, multos fallere ſueta dea.

Τῆς θ' ἡλίβ!θυγατρὸς Ἰχναίας βραβεύς,
Ἐωσεβολήσας λυγρὰ, νοσφιεῖ γάμων,
Λίπτοντα κάσσης ἐκβαλὼν πελειάδος.
Ὅς, τῷ Λύκῳ τε καὶ Χιμαιρέως τάφῳ
Χρησμοῖσι κυδαίνοντας οὐκ αἰδέμενος,
Οὐδ' Ἀνθέως ἔρωτας, ἐδὲ τὸν ξένοις
Σύνδορπον Αἰγαίωνος ἀγνίτην πάγον,
Ἔτλης θεῶν ἀλοιτὸς ἐκβῆναι δίκην,
Λάξας τράπεζαν κἀνακυπώσας θέμιν,
Ἄρκτῳ τιθήνης ἐκμεμαγμένος τρόπους.
Τοί γαρ ψαλάξεις εἰς κενὸν νευρᾶς κλύπον,
Ἄσιτα κἀδώρητα Φορμίζων μέλη.
Κλαίων δὲ πάτραν τὴν πρὶν ἠθαλωμένην
Ἴξῃ, χερσῖν εἴδωλον ἠγκαλισμένος
Τῆς πενταλέκτρῳ θυάδος Πλευρωνίας.

Γυιαὶ

v. 132. Tibi, inquam, qui nec Spartanos, Troiae ad ſepulchra filiorum Promethei ſacrificantes, nec Anthei amorem, (quem improuiſo occideras, ideoque cum Menelao, in Graeciam reduce, eo fugeras) nec denique ius hoſpitii reueritus, auſus fuiſti vrſam, quae te olim lactauit, ſcelere tuo imitari.

132. Λύκῳ τε καὶ Χιμαιρέως) filiorum Promethei, quorum ſepulcris in Troia ſitis quum nondum eſſent iuſta facta, fames autem Spartanos premeret, reſpondit Apollo, non eam ante ceſſaturam, quam Spartanus aliquis Troiam profectus, ad haec ſepulcra ſacrificaret. Itaque miſſus eſt Menelaus, et a Priamo Parideque hoſpitio acceptus. Antheus fuit Antenoris filius, quem quum amaret Paris, et inter ludendum imprudens interfeciſſet, ideoque ſibi a patre metueret, cum Menelao in Graeciam diſceſſit.

135. πάγον) Salis et menſae conſortio ius hoſpitii contrahi, notum eſt. Purum dicit ſalem, quomodo Horatius:

Concha ſalis puri. —

Plura de hac re vide apud Plutarch. Sympoſ. Ab vrſa deinde comparationem ducit, vel quod vrſae, dum lactant, feroces ſunt et crudeles: vel quia vrſa, ſecundum quoſ-

Et Ichnaeae, Solis filiae, praeſes,
Acerbe conuiciatus, nuptiis priuabit,
Prurientem a meretrice columba depellens;
Qui nec Lyci et Chimaerei ſepulcra
Ex oraculis venerantes veritus,
Nec amores Anthei, nec hoſpitum
Conuiuam Neptunium purum ſalem,
Auſus es diuinum, ſceleſte, ius transgredi,
Percellens ius menſae, et iuſtitiam euertens,
Vrſae nutricis mores exprimendo.
Fruſtra igitur chordarum ciebis ſtrepitum,
Ieiuna modulans et irremunerata carmina:
Sed lacrymans in patriam ante combuſtam
Redibis, imaginem ferens manibus
Quinqueuirae bacchae Pleuroniae.

Clau-

v. 139. Itaque fruſtra lamentabere ob eam tibi ereptam, et in patriam tuam, olim ab Hercule vaſtatam, redibis, inanem vmbram ferens meretricis tuae Laconicae, quae viros quinque habebit. (*Theſeum*, *Menelaum*, *te*, *Deiphobum*, et *Achillem*) Nam tot maritos ei Parcae deſtinarunt.

quoſdam, Paridem expoſitum primum lactauit.

139. εἰς κενὸν) Prouerbium a citharoedis ductum, qui ingrati ſunt auditoribus, nec mercedem ſperatam accipiunt. Fruſtra, inquit, orabis Proteum, vt Helenam tibi reddat; nihil enim proficies. Niſi quis malit haec, vt ſonant, accipi, quod Paris vere citharoedus fuerit: quo faciunt etiam illa Horatii:

Nequicquam Veneris praeſidio ferox
Pectes caeſariem, grataque feminis
Imbelli cithara carmina diuides.

Quin etiam Paridis lyram ad Alexandri Magni vſque aetatem extitiſſe tradit Plutarchus Alexandro. Ceterum quemadmodum hic ait νεύρας κτύπον, ſic paulo poſt κερκίδος κρότων, et extremo libro μάστακος κρότον vſurpabit.

143. πενταλέκτρῳ.) Helenae, quae quinque habuit viros, qui mox ordine recenſe-

Γυιαὶ γὰρ, εὐναςῆρας, ἄμναμοι τριπλᾶς
Πήναις κατεκλώσαντο, δηναιᾶς αἶλὸς,
Νυμφεῖα πεντάγαμβρα δαίσασθαι γάμων.
Δοιὼ μὲν ἁρπακτῆρας αὐγάσαι λύκους
Πτηνὲς τριόρχας αἰετοὺς ὀφθαλμίας.
Τὸν δ' ἐκ Πλυνέ τε καπὸ Καρικῶν ποτῶν
Βλαστόντα ῥίζης, ἡμικρῆτα βάρβαρον,
Ἔπειόν, οὐκ Ἀργεῖον ἀκραφνῆ γονᾶς.
Οὗ πάππον ἐν γαμφαῖσιν Ἐννάμα ποτὲ

Ἐρ-

v. 147. Ac duos quidem raptores celerrimos, *Theſeum* atque te;
v. 149. Tertium *Menelaum*, qui partim ex Africa, partim e Lacedaemone, partim e Creta originem trahit, ideoque nec ſincere Argiuus eſt;
v. 152. Cuius auum, Pelopem, Ceres olim in ventre ſuo ſepeliit, humero eius manſo, quem vero reſuſcitatum deinde Neptu-

cenſebuntur. Eam vocat Pleuroniam a Pleurone, Peloponneſi oppido, vel, vt vult Pauſ. Theſtii, qui Ledam procreauit, patre.

144 γυιαὶ) Hoc epitheton Parcis tribuitur, propter inaequalitatem et diſſimilitudinem fatorum, vt ſcribit Euſtathius. Quas autem hic maris facit filias, eas Orpheus et Heſiodus Nocte procreatas fingunt. Antiquum vocat mare ſecundum eos, qui omnia ad aquae principium referunt.

146 πεντάγαμβρα) id eſt, in fatis fuit, vt Helena quinque viris nuberet. Dicunt autem Graeci δαῖσαι γάμον, et δαῖσαι τάφον, de nuptiali aut funebri epulo loquentes.

147 Δοιὼ) Theſeum et Paridem. eos vocat coniunctim triorchas aquilas, vt Phoebus Apollo dicitur.

149 Τὸν δ') Menelaum, ab iis oriundum, qui partim Afri erant (Plynus enim vrbs eſt Africae, vt Caricus Laconiae fluuius) partim Lacones. Atlas enim Afer, pater fuit Aſteropes, quae Oenomaum peperit, Hippodamiae patrem, quae ex Pelope, qui in Laconia habitauit, Atreum concepit, patrem Menelai et Agamemnonis. Aerope etiam, Atrei vxor, Cretei, filii Minois, Cretenſis regis, fuit filia, quapropter Menelaus ſemicres dicitur. Barbarus autem fuit ea de cauſa,

Claudae namque maris antiqui filiae
Triplicibus neuere ſtaminibus, ut a maritis
Quinque celebrarentur nuptiarum ſponſalia.
Ac duos quidem videat raptores lupos,
Volatiles triorchas aquilas oculatas:
Alium vero ex Plyni et Caricorum laticum
Stirpe progenitum, ſemicretem barbarum,
Eleum, nec Argiuum ſincerum ortu:
Cuius auum Ennaea quondam Hercynna
Erin-

nus, eius amaſius, miſit Olympiam, (vbi eſt ſtatua Molpidis, Ioui pro impetranda pluuia mactati) vt ibi Oenomaum ſocerum perderet in certamine, dolo aſtuto, quem ei Myrtilus ſuggeſſit, qui vero deinde ab ipſo Pelope in mare Myrtoum, (ab ipſo ſic dictum) praecipitatus eſt, et in morte Pelopi ac poſteris eius mala quaeque precatus, ſatis ſcilicet infelix equorum Oenomai magiſter.

cauſa, quod Pelops e Lydia ſecundum Pindarum, vel e Paphlagonia vel Phrygia ſecundum alios ſit ortus: quae quidem regiones barbarae cenſentur; quin et Eleos apud Athenaeum Stratonicus pro barbaris habet. Caricus fluuius a Caribus dictus videtur, qui quum maris obtinebant imperium, multas in omnem partem deduxerunt colonias multaque a ſe denominarunt loca, vt patet e Thucydidis et Ariſtophan. ſcholiis.

151 Ἔπειόν) Pelops enim, Atrei pater, Hippodamiam ex Elide duxit, vbi qui nati erant, vocabantur olim Epei, a rege quodam Epeo, teſtibus Strabone et Stephano. Auum Menelai dicit Pelopem, quem Tantalus pater diis conuiuio exceptis propoſuit.

152 Ἐνναίαν.) Ceres, ab Enna, Siciliae vrbe, dicta. eadem dicitur Hercynna ab Hercynna Trophonii filiola, quae cum Proſerpina ludere ſolebat, teſte Pauſan, Boeoticis. Erinnys Ceres ab Arcadibus colebatur, vt docent Callimachus et Pauſan. Alii putant, eandem apud veteres fuiſſe Cererem et Erinnym, atque ideo furioſos dictos *ceritos*. Furibunda vocatur a furore, quo quondam fuit correpta, quum filiam amiſiſſet. Enſifera

Ἔρκυνν', Ἐριννὺς, Θȣρία, Ξιφηφόρος,
Ἄσαρκα μιςύλασ' ἐτύμβευσε τάφῳ,
Τὸν ὠλενίτην χόνδρον ἐνδατȣμένη.
Ὃν δὴ δὶς ἡβάσαντα, καὶ βαρὺν πόθον
Φυγόντα ναυμέδοντος ἁρπακτήριον,
Ἔςειλ' Ἐρεχθεὺς ἐς Λειτριναίας γύας
Λευρὰν ἀλετρεύσοντα Μόλπιδος πετραν,
Τȣ̃ ζηνὶ δαιτρευθέντος Ὀμβρίῳ δέμας,
Γαμβροκτόνον ῥαίσοντα πενθεροφθόροις
Βȣλαῖς ἀνάγνοις, ἃς ὁ Καδμίλȣ γόνος
Ἤρτυσε. τὸν δὲ λοῖσθον ἐκπιὼν σκύφον,
Φερωνύμους ἔδυψε Νηρέως τάφους,

Πανώ-

sifera Ceres colitur a Boeotis. Per sepulcrum Cereris, ventrem intelligit, comedentis exprimens speciem. Plautus:

Cuius ego latus in latebras reddam meis dentibus et manibus.

154. ἄσαρκα) Omissus est ante hanc vocem articulus, qui hic fere necessarius videtur; sed condonandum est hoc Lycophroni, cui plura alia, haud paulo duriora, ignoscenda sunt. Deinde etiam τὸ α non est ςερητικὸν, sed ἐπιτατικὸν, vnde optime Scholiastes ineditus haec duo verba: ἄσαρκα μιςύλασ' explicat sic: τὰ πολύσαρκα (sc. μέρη) εἰς μικρὰ κατακόπτȣσα. Est descriptio poetica τȣ̃ *mandere*. Caeterum, metri caussa, pro ἐτύμβευσε legendum puto ἐτύμβευσεν. R.

156 δὶς) semel ex patre, iterum opera deorum, vt est in fabulis. Naumedon dicitur Neptunus, nauium dominus: qui Pelopis a diis resuscitati amore captus est, eumque rapuit, vt canit Pindarus.

158 Ἐρεχθεὺς) Neptunus, ab Atheniensibus hoc nomine cultus. Is equos alatos et currum Pelopi dedit, quibus Oenomaum antagonistam superaret. Letrinaei agri sunt Elei siue Olympici.

159 Μόλπιδος πέτραν) statuam,

Erinnys, Furibunda, Enſifera, fartim
Maxillis diſſecans, condidit ſepulcro,
Humeralem mandens cartilaginem:
Quem bis renatum, et grauem cupidinem
Naumedontis rapacem fugientem,
Miſit Erechtheus in Letrinaeos agros,
Politum triturum Molpidis lapidem
Ioui Pluuio ſacrificati,
Genericidamque perditurum ſoceriperdis
Dolis impiis, quos Cadmili filius
Parauit, qui vltimo hauſto poculo,
Cognomina ſubiit Nerei ſepulcra,

Perni-

tuam, id eſt, ſtadium Olympicum; ponitur enim pars pro toto. Molpis quondam in pluuiae penuria Ioui ſe pro patria mactari paſſus eſt; quare Iouis Pluuii templum fuit exſtructum, et in eo conſecrata Molpidis ſtatua. De Molpide videtur Ouidius loqui in Ibin:

Vt qui poſt longum ſacri monſtrator iniqui
Elicuit pluuias victima caeſus aquas.

Genericidam dicit Oenomaum, qui filiae procos omnes curſu victos occidebat.

162. Βουλαῖς ἀνάγνοις) quos Pindarus eleganter explicat; cereos enim clauos ferreorum loco modiolis rotarum in Hippodamiae curru inſeruerat Myrtilus. Cadmilus vocatur Mercurius a Boeotis, quamuis alii a miniſterio nomen deducunt: eius filius fuit Myrtilus, Oenomai auriga: quem apud ſe ſepultum, Pheneatae colunt, teſte Pauſan.

163 λοῖσθον) Nam in mare proiectus a Pelope, ſubmerſus eſt, et Nereo ſeu mari nomen a ſe dedit, vt Myrtoum vocaretur; alii tamen a Myrtone, muliere quadam, longo ante tempore ſic dictum malunt.

165.

Παυώλεθρον κηλῖδα θωὐξας γένει,
Ὁ τὴν πόδαργον Ψύλλαν ἡνιοστρόφων,
Καὶ τὴν ὁπλαῖς ἅρπιννα Ἁρπυίας ἴσην.
Τὸν δ' αὖ τέταρτον αὐθόμαιμον ὄψεται
Κίρκη καταῤῥακτῆρος, ὅν τε συγγόνων
Τὰ δευτερεῖα τῆς δαϊσφάλτου πάλης
Λαβόντα κηρύξουσιν. ἐν δὲ δεμνίοις,
Τὸν ἐξ ὀνείρων πέμπ]ον ἑστροβημένον
Εἰδωλοπλάστῳ τροσκαταξανεῖ ῥέθει,
Τὸν μελλόνυμφον εὐνέτην Κυταϊκῆς
Τῆς ξεινοβάκχης, ὅν ποτ' Οἰνώνης φυγὰς,

Μύρ-

v. 168. Quartum virum Helena habebit affinem, *Deiphobum*, proximum virtute Hectori.

v. 172. Quintum illa ducet tantum per imaginem suam in somnio, i. e. *Achillem*, cui apud inferos Medea proprie destinata

165 γένει) Hippodamiae et Pelopidarum. Ex his enim diris (quarum meminit etiam Sophocles Electra, et Oreste Euripides) aiunt ortam esse, Mercurij opera, ouem auream, quae Pelopidis pernicioſa fuit. Posset tamen hoc carmen etiam sic verti:

Pernicioſam inurens generi maculam:

vt dicatur Myrtili perfidia toti ipsius generi siue genti turpem inussisse maculam. Quartum deinde dicit Deiphobum, fratrem Paridis: quem, quod Helenam rapuerit, accipitrem vocat.

166. ὁ τὴν πέδαργον-ἴσην. Est descriptio aurigae, h. e. *Myrtili*; Psylla autem et Harpinna sunt nomina equorum eius. R.

169 πάλης) Deiphobus post Hectorem, qui princeps erat, secundam obtinuit inter omnes Priami filios fortitudinis laudem. Itaque quum Helenae coniugium post occisum Paridem fortissimo fratrum in praemium destinatum esset, facile potuit eam Deiphobus consequi. Euripides tamen Troadibus aliam sequitur historiam. Alii per luctam intelligunt ipsam Helenam, quae multis luctae bellique causa fuerit; est enim proprie

δαϊ-

Pernicioſas imprecatus generi diras,
Velocis moderator Pſyllae,
Harpinnaeque vngulas aequalis Harpyiis.
Quartum porro videbit, fratrem
Accipitris rapacis, quemque inter fratres
Secunda lubricae luctae praemia
Adeptum praedicabunt. Quintum denique
In cubili ex inſomniis turbatum
Imaginoſo agitabit corpore,
Sponſum futurum coniugem Cytaicae
Hoſpites depereuntis: quem aliquando ab Oenone exulans,

Quum

eſt; et, quem pater eius, Peleus, ex Aegina profugiens, cum, propter penuriam militum, formicas in homines mutaſſet, (vnde *Myrmidones*) ex Thetide genuit, quae prius alios ſex filios combuſſerat, ſed hunc vnum viuere paſſa eſt.

δαΐσφαλτον id, quod in pugna labi aliquem cogit; quae quidem interpretatio non male huic loco conueniet, praeſertim ſi legatur συγγόνῳ. Nam poſt Paridem fratrem Deiphobus Helenam duxit. Equidem priorem malim expoſitionem.

172. πέμπτον) Achillem, qui ſomniando quondam cum Helena concubuit. Non abhorret hinc, quod ait de eo Euripides Helena:

Μητρὸς ποθ' Ἑλένης ἦλθεν, ὡς ἀκούομεν.

Aptius etiam eſt, quod ait Pauſanias Laconicis, Crotoniatas referre, Helenam poſt mortem in Alba inſula, de qua poſt, Achilli cohabitaſſe. Imaginoſum dicit corpus, quod in ſomnis ab imaginatione, quae ſolet nobis dormientibus libera vagari, conceptum fuit.

174 Κυταΐκης) e Cyta, vrbe Scythiae. Medeam autem intelligit, quae Iaſonem hoſpitem deperiit, et Achilli poſt in inſulis beatorum nupſiſſe fertur. Alii malunt haec ad Iphigeniam referri, quae in Tauris Scythiae hoſpites immolabat, et Achilli quondam deſponſa fuit. Prior ſententia, quam equidem ſequi malim, ſuffragatores habet Ibycum et Simonidem.

C 175.

Μύρμων τὸν ἑξάπεζον ἀνδρώσας ϛρατὸν,
Πελασγικὸν Τυφῶνα γεννᾶται πατὴρ,
Ἀφ' ἑπτὰ παίδων φεψάλῳ σποδουμένων,
Μοῦνον φλέ ουσαν ἐξαλύξαντα σποδόν.
Χ' ὡ μὲν παλιμπόρευτον ἵξεται τρίβον,
Σφῆκας δαφοινοὺς χηράμων ἀνειρύσας,
Ὁποῖα κοῦρος δωμα κινήσας καπνῷ.
Οἱ δ' αὖ προγεννήτειραν ουλαμωνύμου

Βύκ-

v. 180. Paris igitur, ex Aegypto domum redux, Graecos, veluti vespas, aduersus patriam suam excitabit.
v. 183. Hi vero Iphigeniam, matrem postea Neoptolemi, ventis immolabunt, quam Achilles, eius amator, (audito, eam

175 Οἰνώνης) quae postea Aegina de Asopi filia dicta fuit. Ouidius tamen ait:

Oenopiam veteres appellavere.

Pindarus quoque Isthm. 8. σὲ δ' ἐς νᾶσον Οἰνοπίαν ἐνεγκών. Ab hac insula Peleus exulabat, quod Phocum fratrem casu in palaestra occidisset.

176 Μύρμων) Quum Peleus inopia virorum in Aegina laboraret, a Ioue impetrauit, vt formicae in viros mutarentur, qui ea de causa Myrmidones dicti sunt. Alii, inter quos Ouidius, Aeaco patri hoc attribuunt. Typhonem Pelasgicum dicit Achillem Thessalicum seu Pharsalium.

178 Ἀφ' ἑπτὰ) Thetis indignata, quod mortali Peleo nupsisset, sex masculos, quos ex ipso genuerat, comburendos in ignem, tanquam se indignos, proiecit: vltimum vero Achillem quum itidem vellet comburere (id quod tamen ad diuinitatem illi conciliandam factum vult Apollonius) a patre superveniente prohibita fuit, quum tamen alterum labrum iam combustum esset, vnde post Ἀχιλεὺς dictus est; nam, vt inquit Agamestor,

—— ἀχιλῆα
Πηλεὺς κικλήσκει χείλεος εἵνεκά μιν. id est:

De labro Peleus nominat ipsum Achilem.

Achilles tamen contra, vt et hoc obiter admoneam, de patre sic apud Homerum loquitur:

Ἀλλ' ἕνα παῖδα τέκεν πανάωριον.

Vnicus, inquit, sum patri filius.

180

Quum ſexpeda formicarum in viros mutaſſet agmina,
Procreauit pater, Typhonem Pelaſgicum,
E ſeptem pueris igne combuſtis
Solum calidae elapſum fauillae.
Et hic quidem retrogradam ibit viam,
Veſpas cruentas e cauernis extrahens
Inſtar pueri, domum fumo qui ſuffiit:
Illi vero genitricem iuuencam bello cognominis,
Scyrii

ſacrificio ereptam eſſe) intra Pontum Euxinum fruſtra cum quaeſierit, tandem diu in Alba inſula, ad lacum Celtum habitabit, cupidus vxoris, quam cerua procurrens a praeſenti interitu liberabit. Locus autem in Scythico littore, vbi

180 Χ' ὡ μὲν) Paris, qui ex Aegypto Trojam rediit, irritatis in ſe et ſuos Graecis.

182 δῶμα κινήσας καπνῷ,) Solent enim, qui caſtrant aluearia, fumo prius apes absterrere. Virg.

—— *fumosque manu praetende ſequaces.*

183 Οἱ δ' αὖ) Graeci, qui quum Aulide diu fuiſſent ob iram Dianae detenti, tandem Iphigeniam, vt ventum nanciſcerentur ſecundum, immolarunt. vide Euripid. Iphig. Ira vero Dianae vnde ſit orta, ſic explicat in oratione quadam Libanius: οὐχ οὗτός ἐστιν (de Agamemnone loquitur Achilles) πρῶτον μὲν ἐν Αὐλίδι τῆς Ἀρτέμιδος Ἀμαθίαν εἰς τοξικὴν καταγνοὺς, καὶ φήσας οὐδὲν εἶναι πρὸς αὐτὸν ἐκείνην ἐν ἀφέσει βελῶν. ἐξ οὗ δὴ καὶ τὸν στόλον ἐπέσχεν ἡ θεὸς χαλεπήνασα. Iam Iphigeniam vocat hic matrem eius, qui a bello denominatus eſt: id quod male Scholiaſtes ad Paridem detorquet, quum nec Paris ab Iphigenia ſit procreatus, nec οὐλαμὸς peram, ſed bellum ſignificet: vnde ſupra naues Herculis dixit οὐλαμηφόρους. Nos autem per bello cognominem intelligimus Neoptolemum, qui ſecundum quoſdam ex Iphigenia ab Achille ſuſceptus eſt, et a bello nomen ducit. πτόλεμος enim, ex quo fit Neoptolemus, idem ſonat quod οὐλαμός. Ac tali figura Theocritus elegantiſſime Telemachum appellauit per ἰσοδυναμίαν Μακροπτόλεμον. Hanc inter-

Βύκταισι χερνίψασιν ὠμησαὶ πόριν,
Τᾷ Σκυρίᾳ δράκοντος ἔντοκον λεχώ,
Ἣν ὁ ξύνευνος Σαλμυδησίας ἁλὸς
Ἔντὸς ματεύων, Ἑλλάδος καρατόμον,
Δαρὸν Φαληριῶσαν οἰκήσει σπίλον,
Κέλτρᾳ πρὸς ἐκβολαῖσι λιμναίων ποτῶν,
Ποθῶν δάμαρτα, τήν ποτ' ἐν σφαγαῖς κεμὰς
Λαιμὸν πρεθεῖσα Φασγάνων ἐκρύσεται.
Βαθὺς δ' ἔσω ῥηγμῖνος αὐδηθήσεται
Ἔρημος ἐν κρόκαισι νυμφίᾳ δρόμος,
Στένοντος ἄτας καὶ κενὴν ναυκληρίαν,
Καὶ τὴν ἄφαντον εἶδος ἠλλοιωμένην
Γραῖαν

Achilles fuit, dicetur Δρόμος, ſponſi ſc. dolentis de fruſtranea ſua nauigatione et de Iphigenia, iam in anum mutata,

interpretationem noſtram confirmat verſus proximus:

Scyrii draconis grauidam puerperam.

Neoptolemum enim pater, mactata Iphigenia, in Scyrum ad Deidamiam educandum miſit. Atque ibi quidem Pyrrhus dictus eſt, vt a Phoenice Neoptolemus, quemadmodum ait poëta Cyprius. Verum de Paride nihil tale confingi poteſt.

186 ὁ ξύνευνος) Achilles, cui Agamemnon Iphigeniam, quum a matre arceſſeret, deſpondiſſe ſe ſimularat. Itaque quum Achilles Iphigeniam ab aris abreptam, et in Scythiam delatam eſſe cognouiſſet, eo profectus eſt, ad illam quaerendam per mare Salmydeſium, quod in Euxinum pontum influit. Poſtquam vero diu quaeſitam nuſquam potuit reperire, tandem in Alba, inſula ponti Euxini, quae poſt Achillea dicta eſt, habitauit, prope Celtum lacum, in Euxinum influentem. Quam hic φαληριῶσαν σπίλον dicit Lycophron, eam Pindarus φαεννὰν νᾶσον vocat. De hac inſula videtur Neptunus apud Calabrum loqui ad Thetin:

Καί οἱ δῶρον ἔγωγε θεοδέα νῆσον ἐπάσσω
Εὔξεινον κατὰ πόντον, ὅπη θεὰς ἔσσεται αἰεὶ
Σὰς παῖς ———

Quin

Scyrii draconis grauidam puerperam,
Ventis crudeles sacrificabunt:
Quam sponsus intra Salmydesium mare
Perquirens, Graeciae decollatricem,
Albam diu habitabit insulam
Ad ostia paluſtrium Celti aquarum,
Vxorem desiderans, quam olim in sacrificiis cerua
Guttur protendens a cultris liberabit.
Latus autem per litus appellabitur
Desertus sponsi cursus arenosus
Clades gementis, et inanem nauigationem,
Et inuisa forma mutatam

quae omnes Graecos aduenas in Scythia occidet, et eorum cadauera coquet.

Quin etiam in hac insula narrat Max. Tyrius Achillem a multis post mortem et visum et auditum esse; alii quoque hoc pro miraculo referunt, aedem Achillis a nullis auibus infestari: qua de re vide Arriani περίπλουν sub finem. Meminerunt huius Albae Strabo et Stephanus. Decollatricem Graeciae vocat Iphigeniam, quod hospites omnes, praecipue Graecos, Dianae mactaret.

192 Βαθὺς) Litus est in Scythia stadiorum circiter mille, quod quum Achilles in armis iuxta quadrigas currendo transiisset, dictus est postea Cursus Achilleus. βαθὺς autem sumo pro lato, quoniam Apollonius hoc litus appellat εὐρείας ποταμοῖο ἠϊόνας, quae postea δρόμος Ἀχιλλέως sint nuncupatae, vt ibidem ex Dionysio refert Scholiastes. Arrianus tamen insulae quoque nomen hoc tribuit.

194 ἄτας) suas, qui sit Iphigenia sponsa priuatus, et ad eam perquirendam frustra nauigarit.

195 ἠλλοιωμένην γραῖαν) ex puella in anum, vt vult Lycophron: vt alii, in ceruam: vt Hesiodus, in Hecaten; eam formam vocat inuisam cum Cicer. de Aruſp. resp. quod in eius conspectum venire Achilles non potuerit.

Γρᾶαν, σφαγείων ἡδὲ χερνίβων πέλας,
Ἄιδά τε παφλάζοντος ἐκ βυθῶν φλογὶ
Κρατῆρος, ὃν μέλαιναν ποιφύξει φθιτῶν
Σάρκας λεβητίζουσα δαιταλεργίᾳ.
Χ' ὡ μὲν πατήσει χῶρον ἀράζων Σκύθην,
Εἰς πέντε πᾶ πλειῶνας ἰμείρων λέχους.
Οἱ δ' ἀμφὶ βωμὸν τὸν προμάντιος Κρόνᾳ
Σὺν μητρὶ τέκνων νηπίων κρεανόμᾳ,
Ὄρκων τὸ δευτερεῖχον ἄρσαντες ζυγὸν,

Στερ

v. 200. Ipse quinque annos lugendo ibi consumet.
v. 202. Graeci autem ad aram Saturni in Aulide viso dracone, qui passerem cum octo pullis in platano deuorauit, *alterum* iam foedus contra Troiam facient, (cum *prius* iam apud Tyndarum, Helenae patrem, fecissent) et nauigationem ipsam in-

197 Ἄιδά τε) in qua mortuorum carnem Iphigenia coquebat; ea Plutoni tribuitur, quod is mortuorum sit praeses. Alii malunt antrum hoc loco intelligi, quod fuerit in castris Graecorum, vbi sacra fierent: quasi vero Iphigeniae transformatio non tam in Scythia, quam Aulide, perfici potuerit. Iam quod ebullientem e fundo flammas dicit, eius geminum est apud Virg.

fundoque exaestuat imo.

Exprimere enim voluit vterque ollam igne aestuantem. Nigram denique Iphigeniam intelligit, quae infra quoque sic vocatur:

μητρὸς κελαινῆς χέρνιβας
μιμούμενος.

Legendum hic denique est δαιταλεργίᾳ, dandi casu, vt omnia sint concinniora.

202 Οἱ δ') Graeci, qui quum Aulide Saturno (vel, vt alii volunt, Ioui Saturnio, quemadmodum et apud Aristoph. Ranis Darium pro Xerxe poni putarunt quidam) sacrificarent, serpens in medium progressus est, et platano conscenta passeres octo cum matre deuorauit; quod ostentum quum Calchas de annorum numero, quibus elapsis capienda Troia esset, interpretaretur, (vt est apud Homerum et Ouidium) Graeci secundo iurarunt, se non prius a Troia discessuros, quam vrbem deletam cernerent. De hoc iureiurando loquitur apud Virg. Dido:

Non

Anum iuxta pateras et mulctra,
Plutonisque ollam ebullientem e fundo
Flammas, quam nigra sufflabit, mortuorum
Elixans coquendi arte viscera.
Et hic quidem regionem gemens teret Scythicam
Quinque circiter annos lecti cupidus:
Illi vero iuxta vatis aram Saturni,
Pullorum cum matre paruulorum carniuori,
Iurisiurandi secundum subeuntes iugum,

Ro-

gredientur, Bacchum laudantes, qui eos in Mysia seruabit, Telephum supplantando, eos depulsurum; cui quia Agamemnon, mille nauium dux, Delphis in templo Apollinis sacra fecit, ideo ille, gratiae referendae caussa, Telephum, leonem, illa supplantatione impediet, ne totum exercitum Graecum, quasi segetem spissam demetat.

Non ego cum Danais Troianam exscindere gentem
Aulide iurauī. ——

Vatem hic vocat Saturnum, quod capiendae Troiae tempus per ostentum Graecis praedixerit; vocat etiam carniuorum, poëtico more, quasi ipse in serpentem se verterit, et quod iuxta aram eius contigit, id ipse vel fecerit, vel faciendum curarit. Nam Scholiastae syntaxin hoc loco non possum sequi. Quid? quod similiter Horatius Genium memorem brevis aeui dixit, quod agricolae, dum ad eius aram sacrificabant, vitae breuitatem reuocabant in memoriam.

203. κρεανόμᾳ) Hanc vocem Scholiastes ad δρέποντα refert, qui tum passerem cum pullis deuorauit, sed malim cum Cantero, ad ipsum vocabulum Κρόνᾳ referri, 1) quia huic per rationes Grammaticas adhaeret, 2) quia oratio sic fit paulo obscurior, adeoque Lycophrone et Cassandra dignior, si ipse Saturnus fecisse dicatur, quod per draconem fecit, 3) quia Saturnus iam alias, *vt carniuorus*, notus est. conf. v. 1199. R.

204 δευτεροῦχον) Prius enim apud Tyndarum, Helenae patrem, iurauerant Graeci communiter se vlturos, si quis Helenam, postquam nupsisset, raperet; quo quidem iureiurando obstricti, Troiam profecti sunt, vt eam repeterent. vide initium Iphig. Aulid.

Στερῥὰν ἐνοπλίσασιν ὠλέναις πλάτην,
Σωτῆρα Βάκχον τῶν πάροιθε πημάτων
ΣΦάλτην ἀνευάζοντες, ᾧ ποτ' ἐν μυχοῖς,
Δελφινίᾳ παῤ ἄντρα Κερδῴᾳ θεᾷ,
Ταύρῳ κρυφαίας χέρνιβας καταρξέτην
Ὁ χιλίαρχος τᾷ πολυῤῥάφῳ στρατᾷ.
Ὤι θυμάτων πρόσπαιον ἐκτίνων χάριν
Δαίμων Ἐνόρχης Φυγαλεὺς Φαυσήριος
Λέοντα θοίνης, ἴχνος ἐμπλέξας λύγοις,
Σχήσει, τὸ μὴ πρόῤῥιζον αἰσῶσαν σάχυν
Κείροντ' ὀδόντι καὶ λαφυσίαις γνάθοις.
Λεύσσω πάλαι δὴ σπεῖραν ὁλκάων κακῶν,
Σύρουσαν ἅλμῃ καὶπιῤῥοιζοῦσαν πάτρῃ
Δεινὰς ἀπειλὰς καὶ πυριφλέκτους βλάβας.

Ὡς

v. 216. Video iam hos, Troiae meae hoſtes, ingruentes, eique

206 Σωτῆρα) Quum Graeci in Myſiam delati eſſent, Telephus rex eos perſequutus, grauiter afflixit, donec cum Achille congreſſus eſt, et ab eo, quum Bacchus ipſum vite ſupplantaſſet, vulneratus; tum enim impune Graeci per Myſiam diſceſſerunt, quandoquidem iubebatur Telephus ex oracuło, vulneris remedium ab auctore petere. Propertius:

Myſus et Aemonia iuuenis qua cuſpide vulnus
Senſerat, hac ipſa cuſpide ſenſit opem.

His igitur de cauſis Seruator et Supplantator dictus eſt Bacchus.

207 ἐν μυχοῖς) in intimo templi loco, vbi Agamemnon ex oraculo Baccho ſacrificauit, quem hic Taurum ſeu Tauriformem vocat, quoniam talis colebatur ab Argiuis: niſi quis Taurum velit pro ipſa victima ſumere. Delphinius et Lucroſus Apollinis ſunt epitheta, qui Delphinius quidem vocatur ab occiſo delphino, vel quod in delphinum aliquando ſe conuerterit: Lucroſus vero, propter oracula, quibus et aliorum et ſuae vtilitati nonnumquam conſulit. Apollo autem Delphis vna cum Baccho

Robuſtis armabunt remis brachia,
Priorum ſeruatorem cladium Bacchum
Supplantatorem canentes, cui aliquando in angulis,
Iuxta Delphinii Lucroſi antrum dei,
Tauro occulta faciet ſacra
Milledux exitioſi exercitus:
Cui ſacrificiorum gratiam referens recentem
Enorches deus Figaleus Lucernalis,
Ab epulis leonem, viticibus plantam implicans,
Prohibebit, ne ſpicam funditus perdat
Sectore dente maxillisque voracibus.
Video iampridem malorum catenam attractorum,
Trahentem per mare, et aduoluentem patriae
Graues minas atque incendiaria damna.
Vtinam

ruinam minantes!

cho colebatur. Lucanus quinto:

——— *cui numine miſto*
Delphica Thebanae referunt trieterica Bacchae.

210 Ὁ χιλίαρχος) Agamemnon, cuius exercitum hac de cauſa Euripides χιλιόναυν στρατιὰν appellat. Propert.

Et Danaum Euboico littore mille rates.

quanquam hic numerus exactus non eſt. Enorches Bacchus celebratur apud Lesbios; idem et Figalei nomine in Arcadia colitur; ſic enim cum Stephano malim legere, quam φηγαλεὺς cum Scholiaſte; quanquam poteſt etiam Fygaleus a Fygalis, oppido Peloponneſi, cognominari. Lucernalis denique vocatur Bacchus, quod illi cum lucernis et facibus ſacra fierent, teſte Pauſan.

213 Λέοντα) Telephum. Quod autem leoni ariſtas in cibum proponit Poëta, tecte ſubinnuit, vt exiſtimat Euſtathius, ſe leoni et ſui Telephum comparare, ſicut Euripides Medeam δίκην λεαίνης ταυρωμένην dixit. Pro *Sectore* potes etiam Secans vertere, ſi malis κ, quami, elidere. Catenam dicit claſſem Graecorum per mare aduentantem.

Ὡς μή σε Κάδμος ὤφελ' ἐν περιῤῥύτῳ
Ἴσσῃ φυτεῦσαι δυσμενῶν ποδηγέτην,
Τέταρτον ἐξ Ἄτλαντος ἀθλίᾳ σπορᾷ,
Τῶν αὐθομαίμων συγκατασκάπτην Πρύλιν,
Τόμουρε, πρὸς τὰ λῷστα νημερτέσατε.
Μὴ δ' Αἰσακείων ἑμὸς ὤφελεν πατὴρ
Χρησμῶν ἀπῶσαι νυκτίφοιτα δείματα,
Μιᾷ δὲ κρύψαι τοὺς διπλοῦς ὑπὲρ πάτρας
Μοῖρᾳ, τεφρώσας γυῖα Λημναίῳ πυρί,
Οὐκ ἂν τοσῶνδε κῦμ' ἐπέκλυσε κακῶν.
Καὶ δὴ Παλαίμων δέρκεται Βρεφοκτόνος

Ζεύ-

v. 219. Vtinam te, o Pryli, Mercurius nunquam in Lesbo genuisset, Atlantis pronepotem, qui Graecis consilia contra nos, cognatos tuos, profutura, suppeditabis;
v. 224. neque Priamus, pater meus, Aesaci, filii sui et vatis,

219 Ὡς μή σε) Apostrophe ad Prylin, Mercurii filium, qui Graecis ad Lesbum delatis Troianorum consiliae rationem capiendae per equum Troiae aperuit. Cadmus est epitheton Mercurii, ex quo deducitur Cadmilus, quod supra positum est. Ac videtur Mercurius a Boeotis Cadmus ea ratione dictus, qua Iupiter a Spartanis Agamemnon cognominatus est; qua de re aliquid dicemus infra. Quidam contra putant, Cadmum per Syncopen ex Cadmilo deduci.

220 Ἴσσῃ) Lesbo, quae a matre Prylis, Issa quondam fuit dicta. Alia est Issa, Liburniae insula, apud Apollonium.

221 Τέταρτον) Atlantis enim filia fuit Maia, mater Mercurii, qui Prylin procreauit. Cognatos vocat Troianos, propter Dardanum, Electrae, filiae Atlantis, filium.

223 πρὸς τὰ λῷστα) Graecis: nisi quis malit pro facillimis sumere. Atque huc pertinet adagium, Lesbius Prylis: quod hactenus nemo satis intellexit. τόμουροι erant ii proprie, qui oraculo Dodonaeo praeerant, a Tomuro monte vicino cognomen nacti. Hic vatem simpliciter hoc vocabulum denotat.

223. Τὰ λῷστα) non simpliciter accipiendum, sed *ex voto Graecorum*; alioqui eadem *Troianis* erant longe pessima et infaustissima. Etiam

Vtinam te, Pryli, Cadmus in insula
Issa non genuisset, hostium ducem,
Quartum ex Atlantis miseri semine,
Cognatorum tuorum euersorem,
Vatem ad optima verissimum:
Nec ab Aesaci oraculis pater meus
Nocturnos repulisset terrores,
Sed vna geminos morte texisset
Pro patria, comburens artus igne Lemnio.
Non sane tantorum fluctus inundasset malorum.
Atque videt Portunus infanticida

monita de nato ex Hecuba Paride neglexisset, sed ambos occidisset! non tantum sane malorum haberemus.

v. 229. Ac videt iam Portunus, (cui pueri immolantur) oceanum scatere hostium, Graecorum, nauibus,

iam Scholiastes addit: τὰ βέλτιστα, τυτέστι τὰ Ἑλληνικά. R.

224 Μηδ' Ἀισακείων) id est, nec oracula, quae Aesacus super Hecubae somnio edidit, contemsisset. Aesacus enim, Priami F. ex Arisba, vates fuit; is, audito Hecubae somnio de torre, respondit, matrem vna cum filio de medio tollendam esse; alioqui fore, vt filius matrem perderet. Priamus autem pater, horum loco Cyllam, Thymoetis vxorem, cum filio sustulit, de quibus infra.

226 Μιῷ δὲ) Ab his non discrepant ea, quae in Andromacha Euripidis leguntur: ἄθε δ' ὑπὲρ κεφαλᾶς ἔβαλεν κακὸν ἄτις τέκεν ποτὲ Πάριν, πρὶν Ἰδαῖσι κατοικῆσαι λέπας. ὑπὲρ κεφαλᾶς autem (vt ἐν παροίδῳ dicam) ita ponitur hoc loco, vt apud Theocr. Heracliscо: ὑπὲρ ποταμοῖο, et Virg. Pharmac.

Transque caput iace.

Ineptiunt enim hic interpretes Graeci. Geminos porro dicit Hecubam et Paridem. Lemnium ignem vocat, quod in Lemno primum sit inuentus, secundum Hellanicum: vel a Vulcano, Lemni praeside.

229 Παλαίμονι) deus marinus, quem alii Melicertam vocant; is in Tenedo colebatur puerorum victimis, quod ipse quondam puer periisset, vt est in fabulis,

Mer-

Ζέσταν ἀϑυίῃσι πλεκτανοσόλοις
Γραῦαν σύνευνον Ὠγένε Τιτηνίδα.
Καὶ δὴ διπλᾶ σὺν πατρὶ ῥαίεται τέκνα,
Στερῥῷ τυπέντα κλεῖδας εὐάρχου μύλῳ,
Τὰ πρόσθεν αὐλητῆρος ἐκπεφευγότα
Ψυδραῖσι φήμαις λαρνακοφθόρους ῥιφάς,
Ὧι δὴ πιθήσας συγγὸς ἄρταμος τέκνων,
Αἰθυιόθρεπτος πορκέων λιναγρέτης,
Κρυθμοῖσι καὶ ῥαιβοῖσι νειρίταις φίλος,
Χηλῷ κατεδρύφαξε διπτύχους γονάς.
Σὺν τοῖς δ' ὁ τλήμων, μητρὸς ἐ Φράσας θεᾶς,
Μνήμων, ἐφετμὰς, ἀλλὰ ληθάργῳ σφαλείς,

Πρη-

v. 232. et perdentur ab Achille in insula Tenedo Cycnus vna cum liberis, Teno et Hemithea, etsi hi duo iam semel mortem effugerant, quum pater, Molpi tibicinis falso indicio credens, eos occidere vellet, in capsam incluſos in mare proiiciens, in quod ipse olim proiectus erat a matre, sed a piscatoribus seruatus.

Mergos dicit naues Graecorum. Oceani coniux est Tethys, quae hic pro mari Tenedio accipitur. Vocatur autem Oceanus ὠγένος seu antiquus, quod a quibusdam rerum omnium statuatur principium.

232 διπλᾶ τέκνα) Sequitur historia quorundam, quos in expeditione Graeci interemerunt. Geminos filios primum dicit Tenum et Hemitheam, Cycni liberos: quos quum pater arcae incluſos proiecisset in mare, ad Leucophryn insulam eiecti sunt, cuius incolae, Teno creato rege, insulam ab eo Tenedum denominarunt. In eam vbi Achilles venit, Tenus quidem ab eo simul cum patre (quem tamen alii ante mortuum tradunt) interemtus est: Hemithea autem, dum illius conspectum effugeret, a terra fuit absorpta. Sed haec fabulosa sunt: veram historiam si quis requirat, apud Diodorum Sic. extremo lib. 5. reperiet.

234. Τὰ πρόσθεν) Cycnus namque, mortua Proclea, matre Teni, Phylonomen duxit: quae quum Teni amore capta esset, nec eo posset

Feruere mergis funigeris
Anum Titanidem, Oceani coniugem.
Quin gemini cum patre perduntur filii,
Valido percuſſi humeros principis lapide:
Qui prius in alueo pernicioſas tibicinis
Falſo ſermone expoſitiones effugerant,
Cui obtemperans odioſus filiorum interfector,
A mergis nutritus, piſcatorum captus retibus,
Oſtreis et curuis neritis familiaris,
Capſa ſepiuit filios duos.
Cum illis vero miſer non dicens deae matris
Mnemon mandata, ſed obliuione lapſus,

Pro-

v. 240. Cum his vero ſimul Mnemon, Achillis monitor, peribit, quod per obliuionem hunc non monuerat, ne Cycnum necaret, Apollinis filium, quod fatale Achilli futurum, oraculo conſtabat.

poſſet potiri, apud patrem de vi ſibi illata illum accuſauit, vſa ad hoc Molpi tibicinis teſtimonio, a quo et Tenedii tibicinis prouerbium ductum eſt.

237 Αἰθυιόθρεπτος) Quum Cycnum ex Neptuno mater peperiſſet, iuxta mare expoſuit: quem deinde piſcatores cycni aduolantis indicio inuentum educarunt, et Cycnum appellarunt. Hinc a Poëta dicitur a mergis, auibus marinis, nutritus, et piſcatorum captus retibus, aut etiam, pilcium venator: praeterea familiaris oſtreis (Nicandro alibi χρήθμος, aut potius χρίθμος cum Dioſcoride, herbam ſignificat) et neritis piſcibus, de quibus Oppianus; alii tamen oſtreas eſſe malunt.

241 Μνήμων.) Hunc Achilli a matre vult attributum Scholiaſtes (conſentiente Plutarcho Ἑλληνικοῖς, niſi quod nomen ſubticet) vt eum ſubmoneret, ne quem ex Apollinis filiis interimeret. Equidem de Mnemone nihil adhuc legere aliud memini, niſi quod Euſtathius μνήμονα vult officii nomen eſſe: multoſque variis heroibus μνήμονας et ſubmonitores, vt et genios, attributos refert.

Πρηνὴς θανεῖται, στέρνον ὀτασθεὶς ξίφει.
Καὶ δὴ στένει Μύριννα καὶ παράκτιοι
Ἵππων φριμαγμὸν ᾐόνες δεδεγμέναι,
Ὅταν Πελασγὸν ἅλμα λαιψηροῦ ποδὸς
Εἰς θῖν' ἐρείσας λοισθίαν αἰθων λύκος,
Κρηναῖον ἐξ ἄμμοιο ῥοιβδήσει γάνος,
Πηγὰς ἀνοίξας τὰς πάλαι κεκρυμμένας.
Καὶ δὴ καταίθει γαῖαν Ὀρχηστὴς Ἄρης,
Στρόμβῳ τὸν αἱματηρὸν ἐξάρχων νόμον.
Ἅπασα δὲ χθὼν προὐμμάτων δῃουμένη
Κεῖται, πέφρικαν δ' ὥστε ληΐου γύαι
Λόγχαις ἀποστίλβοντες. οἰμωγὴ δέ μοι
Ἐν ὠσὶ πύργων ἐξ ἄκρων ἰνδάλλεται,

Πρὸς

v. 243. Gemit vrbs Lyciae, Myrinna, cum littore suo, hinnitum equorum audiente, quum Achilles ibi tanto impetu in terram e naue prosiliet, vt fontem, hucusque opertum, aperiat.

refert. Qui ex Mnemone faciunt Memnonem, vtuntur ii quidem Anagrammatismo, sed qui lusibus iucundis potius, quam seriis interpretationibus, conueniat.

243 Μύριννα) oppidulum iuxta Troiam in Lycia, a Myrina Amazone, quae vrbem hanc exstruxit, et in ea sepulta fuit, denominatum, testibus Strabone et Diodoro. Homerus:

Τὴν ἤτοι ἄνδρες βατιείαν κικλήσκουσιν,
Ἀθάνατοι δέ τε σῆμα πολυσκάρθμοιο Μυρίνης.

In hac vrbe Troiani, audito Graecorum aduentu, in aciem compositi sunt, vt idem narrat. Thessalicum saltum dicit Achillis Thessali, qui tanto cum impetu in terram prosiliit, vt fontem indidem excuteret. Euripides deinde Troianum vocat Andromacha.

249 καταίθει) Hypotyposis ineuntis praelii. Æschylus Persis,

Σάλπιγξ δ' αὐτῇ παύτ' ἐκεῖν' ἐπέφλεγεν.

Virgilius extremo dec.

Clamore incendunt caelum Troësque Latinique.

Saltator vocatur Mars, qualem describunt in Euripide Phoenissae. Concha quoque vete-

Pronus morietur, pectus gladio ſauciatus.
Gemit ſane Myrina, et litorales
Ripae hinnitum excipientes equorum,
Quando Theſſalicum celeris ſaltum pedis
In ripam imprimens vltimam rauus lupus,
Fontanam ex arena ciebit aquam,
Fontes olim opertos aperiens.
Incendit quoque terram Saltator Mars,
Concha cruentum exordiens claſſicum.
Tota vero terra vaſtata ante oculos
Iacet, horrentque tanquam ſegetis iugera
Lanceis coruſcantia, luctus porro mihi
Summis e turribus in auribus perſonat

Ad

v. 249. Iam bellum exardeſcit, Mars tuba claſſicum canit, terra vaſtata iacet, agri lanceis, velut ariſtis, horrent, planctus mulierum, veſtes ſuas lacerantium, et innumerabiles clades videntium, a turribus in aërem aſcendit.

veteres in bello vtebantur ante tubas a Tyrrhenis inventas, vt et in aliis feriis. Theocritus Europa:

Κόχλοισιν ταναοῖς γάμιον μέλος ἠπύοντες.

Vtebantur et facibus, quemadmodum annotant Euripidis ſcholia Phoeniſſis.

253 Λόγχαις ἀποςίλβοντες) Campi, inquit, horrent haſtis, velut ariſtis arua. Sic Virgilius:

—— *atraque late*
Horreſcit ſtrictis ſeges enſibus.

Similiter Euripides dixit:

λόχον πυκναῖσιν ἀσπίσι πεφρικότα.

Nec debet quiſquam mirari, ſi ἀποςίλβοντες cum γύαι coniungatur. Talis enim Atticiſmus etiam apud alios reperitur, vt quum inquit Sophocles Trachiniis: ἐν δὲ κοινὸς ἀρσένων ἴτω κλαγγά: nec aliter dixit χάριν βέβαιον Thucydides α. Si quis tamen malit legere ἀποςίλβοντος, non magnopere repugnabo.

254 ἰνδάλλεται.) Quod in viſu eſt imago, id in auditu eſt echo. Eleganter igitur τὸ ἰνδάλλεται a viſu ad auditum tranſtulit Poëta. Alluſit deinde ad Homericum, αἰθέρι κυρῶν, quod Ariſtophanes dixit εἰς οὐρανὸν κράζειν, Veſpis.

261

Πρὸς αἰθέρος κυροῦσα νηνέμους ἕδρας,
Γοῳ γυναικῶν καὶ καταῤῥαγὰς πέπλων,
Ἄλλην ἐπ' ἄλλῃ συμφορᾷ δεδεγμένων.
Ἐκεῖνό σ', ὦ τάλαινα καρδία, κακὸν
Ἐκεῖνο δάψει πημάτων ὑπέρτατον,
Εὖτ' ἀνλαβράζων περκνὸς ἀγχμητὴς χάρων,
Πηροῖσι χέρσον αἰετὸς διαγράφων,
Ῥαβῷ τυπωτὴν τόρμαν ἀγκύλῳ βάσει,
Λευρᾶς βοώτης γατομῶν δι' αὔλακος,
Κλάζων τ' ἄμικτον σώματι ἐγίσην βοὴν,
Τὸν φίλτατόν σε τῶν ἀγασόρων τρόφιν
Πῶϊ τε πατρὸς, ἁρπάσας μετάρσιον,
Ὄνυξι γαμφηλῇσί θ' αἱμάσσων δέμας,
Ἔγχωρα τίφη καὶ πέδον χραίνῃ φόνῳ·
Λαβὼν δὲ ταύρου τῆ πεφασμένῃ δάνος,

Σχε-

v. 258. Sed illud te, o miſera Caſſandra, maxime mordebit, quum Achilles crudeliſſimus,

v. 264. Hectorem, fratrum tuorum cariſſimum, ipſiusque adeo Apollinis alumnum, occiſum circa muros rapiet, et tanquam per ſulcum lacerato corpore trahens, terram ſanguine eius maculabit.

261 αἰετὸς) Achilles Hectorem currui alligatum per caſtra raptans. Impreſſam orbitam dicit per Epexegeſin. Greſſum intellige de vehiculo.

261 - 62. πτεροῖσι - βάσει) Horum verſuum ordo, paulo perplexior, ita conſtituendiis eſt: εὖτ' ἀν- αἰετὸς (*Achilles*) διαγράφων πτεροῖσι (i. e. *rotis*), χέρσον (i. e. ἐν τῇ χέρσῳ) τυπωτὴν τόρμαν, ἐχιβῷ (καὶ) ἀγκύλῳ βάσει (ſc. *currûs ſui*) χραίνῃ etc. (v. 268.) Vere obſcura vaticinia! R.

263 κλάζων) more exultantium. Scholiaſtes eo refert, quod ſolus ſemper Achilles pugnabat. Cariſſimum dicit Hectorem, quem nonnulli faciunt Apollinis filium. Is Ptous vocatur ex Latonae pauore, quem illa, dum pareret Apollinem, ſue conſpecta accepit. Alii montibus quibuſdam Thebanis hanc originem tribuunt. Sic enim

Ad aetheris ventoſas pertingens ſedes
Planctu et veſtifragiis mulierum
Aliam atque aliam excipientium cladem.
Illud me miſeram malum,
Illud mordebit maximum malum,
Quando alis infremens nigra pugnax caeſia
Pennis terram aquila inſcribens,
Curuo impreſſam orbitam torto greſſu,
Latum bubulcus arans ſulcum.
Clangensque confuſa et immani voce,
Cariſſimum meorum fratrum, alumnumque
Ptoi patris rapiendo ſublimem,
Vnguibus ac roſtris corpore lacerato,
Indigenas ſiluas ſolumque macularit caede.
Accepto autem tauri iugulati pretio,

Exacta

v. 269. Sed, cum pro eius cadauere pretium magnum acceperit, ipſe viciſſim a Paride occiſus, non prius ſepelietur in vrna Bacchi, quam Graeci Troianis pretium illud reddiderint, licet hunc cadauerum venditorem omnes per Graeciam Nymphae mortuum defleant, qui olim metu mortis, veſtes foemineas in aula Lycomedis induit, et colum geſſit, etiam vltimus omnium deinde e naui Graeca in ſolum Troianum deſiliit (v. 245.)

enim Herodotus: τῶτο τὸ ἱρὸν (Πτῴε Ἀπόλλωνος) καλέεται μὲν Πτῶον, ἔστι δὲ Θηβαίων. κέεται δ' ὑπὲρ τῆς Κωπαΐδος λίμνης, &c. Stephanus montem ipſum a pauore denominatum vult, Pauſanias vtrumque a Ptoo, Athamantis filio.

269 Λαβὼν δὲ) Achilles enim Hectoris cadauer Troianis noluit reddere, priusquam ipſi Priamus auri pondus aequilibre pro eo appenderet, ὅσου εἴλκυσε, τοσοῦτον καταθεὶς, vt ait Diphilus. Similiter autem Achilles, quum in Apollinis Thymbraei templo ſub ſpecie contrahendi cum Polyxena matrimonii comprehenſus, et a Paride transfixus eſſet, non ante Graecis fuit redditus, quam aurum pro Hectore datum (quod hic vocat Pactoliam laminam, ad arenas Pactoli aureas alludens) eodem pondere rependeretur.

Σκεθρῷ ταλάντῳ τρυτάνης ἠρτημένον,
Αὖθις τὸν ἀντίποινον ἐκχέας ἴσον
Πακτώλιον ϛαθμοῖσι τηλαυγῆ μύδρον,
Κρατῆρα Βάκχου δύσεται, κεκλαυσμένος
Νύμφαισιν, αἳ φίλαντο Βηφύρου γάνος,
Λειβηθρίην θ' ὕπερθε Πιμπλείας σκοπὴν,
Ὁ νεκροπέρνας, ὃς προδειμαίνων πότμον,
Καὶ θῆλυν ἀμφὶ σῶμα τλήσεται πέπλον
Δύναι, παρ' ἱϛοῖς κερκίδος ψαύσας κρότων,
Καὶ λοῖσθος εἰς γῆν δυσμενῶν ῥίψας πόδα,
Τὸ σὸν, ξύναιμε, κἂν ὕπνῳ πτήσσων δόρυ.
Ὦ δαῖμον, οἷον κίον' ἀϊϛώσεις δόμων,
Ἔρεισμα πάτρας δυϛυχοῦς ὑποσπάσας!
Οὐ μὴν ἀνατεί γ', οὐδ' ἄνευ μόχθων πικρῶν,
Πένθους θ' ὁ λῃϛὴς Δωριεὺς γελᾷ ϛρατὸς,
Ἐπεγκαχάζων τοῦ δεδουπότος μόρῳ,

Ἀλλ'

v. 281. O Deus, quale fulcrum Troiae, Hectorem, tu perdes! Sed non impune eius mortem ridebit Graecus exercitus; ve-

273 Κρατῆρα Βάκχου) quem Bacchus Thetidi remunerationis ergo donauerat; in eo Achillis, Patrocli et Antilochi fuerunt ossa reposita.

274 Νύμφαισιν) Musis. Homerus Odyss. ω:

Μοῦσαι δ' ἐννέα πᾶσαι, ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ
Θρήνεον. —— Calaber:
—— Μοῦσαι δὲ θοῶς Ἑλικῶνα λιποῦσαι
Ἤλυτον, ἄλγος ἄλαϛον ἐνὶ ϛέρνοισιν ἔχουσαι,
Ὀρνύμεναι τιμὴν ἑλικώπιδι νηρηΐνῃ.

Bephyrus est Macedoniae fluuius, cuius meminit Archestratus apud Athenaeum, quum ait, παρὰ χεῦμα Βαφύρα. Pausanias quoque Heliconem amnem, postquam infra terram abditus denuo se ostendit, tum Baphyram vocari tradit. Iam proximum carmen, si Λειβηθρίης legas, ita vertes:

Pimpleumque tumulum supra Libethrum.

Vtrumque enim, tum Libethrus, tum Pimplea, aliis fons est, aliis mons. Quin et

Exacta trutinae lance appenſo,
Rurſumque pro redemtione aequilibrem
Pactoliam effundens claram laminam,
Vrnam Bacchi ſubibit, deploratus
Nymphis amantibus Bephyrum fluvium,
Libethriamque ſpeculam ſupra Pimpleam,
Cadaverum venditor: qui formidans mortem,
Etiam femineam corpori ſuſtinebit veſtem
Inducere, pectinis apud telas ciens pulſus,
Et vltimus in hoſtilem terram figens pedem,
Tua, frater, etiam in ſomnis haſta territus.
O Deus, qualem perdes aedium columnam,
Fulcrum infelicis patriae ſubtrahens.
Non tamen impune, nec abſque laboribus acerbis
Luctuque praedo Graecus ridebit exercitus,
Inſultans caeſi leto:

Sed

rum, antequam id fiat, claſſis eorum ab eo incendetur, ipſique fugient, ac Iouem Φύξιον orabunt.

et vrbs eſt Pauſaniae Libethra.

276 Ὁ νεκροπέρνας) Hectoris; ſed et viuos multos de Priami filiis vendiderat, vt conqueritur apud Homerum Priamus Iliad. χ. et Hecub. Iliad. ω.

277 Καὶ θῆλυν) Quum enim ſciret Thetis, filium ſuum, ſi ad Troiam nauigaret, ibi moriturum eſſe, clam illum veſte muliebri tectum ad Lycomedem in conclaue virginum, vt lateret, abduxit: Statius Achilleide.

279 Καὶ λοιὸς) Quoniam in fatis Graecorum erat, vt is, qui primus in terra hoſtili poſuiſſet pedem, primus in praelio moreretur (id quod Proteſilao contigit), Achilles poſtremus e nauibus egreſſus eſt.

280 κἀν ὕπνῳ) valde, contrarium eſt ἀδὲ ἐν ὀνείρῳ.

281 Ὦ δαῖμον) Deplorat Hectoris mortem, qui non ſine magno patriae damno perierit.

Ἀλλ' ἀμφὶ πρύμναις τὴν πανυστάτην δραμὼν
Πεύκαις βίου βαλβῖδα συμφλεχθήσεται,
Καλῶν ἐπ' εὐχαῖς πλεῖστα Φύξιον Δία,
Πορθουμένοισι κῆρας ἀρκέσαι πικράς.
Τότ' οὔτε τάφρος, οὔτε ναυλόχων σταθμῶν
Πρόβλημα, καὶ σταυροῖσι κορσωτὴ πτέρυξ,
Οὐ γεῖσσα χραισμήσουσιν, οὐδ' ἐπάλξιες,
Ἀλλ' ὡς μέλισσαι συμπεφυρμέναι καπνῷ,
Καὶ λιγνύος ῥιπαῖσι καὶ γρυνῶν βολαῖς,
Ἄφλαστα καὶ κόρυμβα καὶ κληδῶν θρόνους
Πυκνοὶ κυβιστητῆρες ἐξ ἐδωλίων
Πηδῶντες αἱμάξουσιν ὀθνείαν κόνιν.
Πολλοὺς δ' ἀριστεῖς πρωτόλειά θ' Ἑλλάδος
Αἰχμῇ φέροντας, καὶ σποραῖς ὠγκωμένους,
Αἱ σαὶ καταξανοῦσιν ὄβριμοι χέρες,
Φόνῳ βλύουσαι κἀπιμαιμῶσαι μάχης.
Ἐγὼ δὲ πένθος οὐχὶ μεῖον οἴσομαι,
Τὰς σὰς στένουσα, καὶ δι' αἰῶνος, ταφάς.
Οἰκτρὸν γὰρ, οἰκτρὸν κεῖν' ἐπόψομαι φάος,
Καὶ πημάτων ὕψιστον, ὧν κράντης χρόνος,

Μήνης

v. 290. Tunc nulla munimenta iis proderunt, ſed, vt apes fumo adactae, per naues ſuas ipſi ſalientes interficientur,

v. 298. multoſque eorum illuſtres ac ſuperbos heroës tu, o Hector, prius ad orcum mittes.

287 πεύκαις) Hectorem Graecos perſequutum, eorum naues combuſſiſſe, ex Homero notum eſt. Fugitivus Iupiter apud Theſſalos colitur, διὰ τὴν τῶν κακῶν ἀπόφευξιν, vt inquit Dio.

290 Τότ' οὔ τε τάφρος) Graeci enim, quum ſibi a Troianis metuerent, foſſas et muros caſtris ſuis praetenderant. Homerus Iliad. η:

—— ποτὶ δ' αὐτῶν τεῖχος ἔδειμαν,
Πύργους ὑψηλοὺς, εἶλαρ νηῶν τε καὶ αὐτῶν,
Ἐν δ' αὐτοῖσι πύλας ἐνεποίεον εὖ ἀραρυίας.
Ὄφρα δι' αὐτάων ἱππηλασίη ὁδὸς εἴη.

Ἐκ-

Sed circum naues extremum currens
Curriculum, cum classe comburetur,
Multum votis inuocans Fugitiuum Iouem,
A vexatis vt arceat acerba fata.
Tunc nec fossa, nec naualium stationum
Munimentum proderit, neque palis vallata pinna,
Neque suggrundia, neque propugnacula:
Sed vt apes, commistae fumo,
Fuliginisque iactu et stipitis plaga,
Per puppes et proras transtrorumque sedes
E sedilibus saltatores frequentes
Salientes, peregrinam cruentabunt terram.
Multos vero praestantes, primaque in Graecia spolia
Hastis adeptos ac natalibus tumentes,
Tuae conterent validae manus,
Caede scatentes et appetentes pugnam.
At ego luctum feram non mediocrem,
Tuos assidue lugendo tumulos.
Miseram enim, miseram illam videbo diem,
Et cladium maximam, quarum tempus moderator Lu-

v. 302. Ego vero per totam vitam tumulum tuum lugebo. Diem enim illam miseram necis tuae, omnium tristissimam, proh! dolor, viuendo attingam.

Ἔκτοσθεν δὲ βαθεῖαν ἐπ' αὐτῷ τάφρον ὄρυξαν,
Εὐρεῖαν, μεγάλην, ἐν δὲ σκόλοπας κατέπηξαν.

300 Αἶ σαί) Hectorem fratrem alloquitur, qui Patroclum, Ascalaphum, et alios Graecorum proceres occidit.

304 κῆν) quo tu ab Achille interficieris. Ista, inquit, erit maxima omnium calamitas, quaecumque mihi vllo tempore contingent. Lunae quidem facit mentionem, quod veteres tempus, quo vtebantur menstruo, ad Lunae motum referebant; et quod hic tempori, id apud Theocrit. Χάρισι coelo tribuitur.

Μήνης ἐλίσσων κύκλον, αὐδηθήσεται.
Αἰ, αἰ, σενάζω καὶ σὸν εὔγλαγον θάλος,
Ὦ σκύμνε, τερπνὸν ἐναγκάλισμα συγγόνων,
Ὃς τἄγριον δράκοντα πυρφόρῳ βαλὼν
Ἴυγγι τόξων, τὸν τυπέντα δ' ἐν βρόχοις
Μάρψας ἀφύκτοις βαιὸν ἀσεργῆ χρόνον,
Πρὸς τᾧ δαμέντος αὐτὸς ἀ τετρωμένος,
Καρατομηθεὶς, τύμβον αἱμάξεις πατρός.
Οἴμοι δυσαίων, καὶ διπλᾶς ἀηδόνας,
Καὶ σὸν τάλαινα πότμον αἰάζω, σκύλαξ.
Ὧν τὴν μὲν, αὐτόπρεμνον ἢ τοκὰς κόνις

Χανδ-

v. 307. Etiam te, heros et frater, o Troile, gemo, qui, quum Achillem tua forma in amorem tui pellexeris, neque tamen eum viciſſim amâris, ab eo ad aram Apollinis Thymbraei, (qui verus tibi pater eſt) interficieris.

v. 314. Vos quoque duas ſorores, Laodice et Polyxena, et te, mater Hecuba, doleo; quarum *altera*, Laodice, (v. v. 497.)

308 Ὦ σκύμνε) Apoſtrophe Caſſandrae ad Troilum fratrem, quem quum Achilles amaret, nec ab eo redamaretur, in Apollinis Thymbraei, qui erat verus Troili pater, occidit. Alii, in his Calaber et Virgilius, in pugna ſuperatum aiunt ab Achille Troilum. Epitaphium eius elegantiſſimum extat apud Theocritum, Βωμῷ nomine, quod quum a nemine ante intellectum fuiſſet, primus I. Auratus, regius in Gallia linguae Graecae profeſſor, diuino vir ingenio atque eruditione ſingulari, dexterrime, vt reliqua Theocriti omnia, et emendauit et expoſuit. vide Nouas Lect. noſtras.

309 δράκοντα) Achillem. Per arcuum illecebram, intellige arcum illecebrae, ſiue amorem Troili, quo captus Achilles erat. ἴυγξ enim pro illecebra ſumitur. Caeterum pro ὃς τἄγριον, lege ὃς' ἄγριον.

311 ἀσεργῆ) non coniungendum eſt cum proximo βαιὸν χρόνον, ſed cum τυπέντα, (ſc. *Achillem*) exponendumque paſſiue, *non redamatum, ita, vt eum non redamares*, Paulo poſt etiam ἀ τετρωμένος tropice de *vulnere amatorio* explicandum eſt. R.

312

Lunae volvens orbem appellabitur.
Heu heu gemo etiam tuum lactens germen,
Catule, iucundum fratrum amplexamentum:
Qui ferocem draconem ignita feriens
Arcuum illecebra, ictumque laqueis
Comprehendens ineuitabilibus breui implacidum tempore,
A domito ipse non vulneratus,
Aram cruentabis decollatus paternam.
Hei mihi miserae, duas quoque luscinias,
Et tuam, infelix canis, gemo mortem:
Quarum unam quidem radicitus puluis patrius Hians

ob exitium patriae, se praecipitabit in eum locum, vbi aui, Trois, sepulchrum est, et vbi Cillae (cum Priamo congressae) ossa cum filio suo coniuncta iacent, qui infans, vix editus, cum matre Cilla, a Priamo occisus est, ob oraculum Aesaci, quod Priamus, cum de Hecuba et Paride debuisset interpretari, de Cilla et Munippo intellexit;

312 ὠτετρωμένος) vulnere amoris. Achillem enim, qui te amabat, non redamabas.

314 Οἵμοι) enumerantur deinceps quidam de familia regia, qui post captam Troiam miserrime perierunt. Duae luscinae sunt Cassandrae sorores duae, Laodice, et Polyxena. Canis dicitur Hecuba, quod in canem conuersa fuerit.

316 τὴν μὲν) Laodicen, quae quum capta Troia et hostium vim timeret, et alioqui ob excidium patriae (quod hic vocat cladem gemituum, seu gemendam) magno cruciaretur dolore, vltro se de rupe quadam praecipitem dedit. Eius sepulchrum dudum post a Maximo quodam, Asiae praetore, instauratum fuit, addito epigrammate, quod quia ad historiam pertinet, ex epigrammat. Graecis huc transcribendum putaui:

Τῇ δέποτ' ἀκτερέϊστον ἐδέξατο γαῖα χανοῦσα
Λαοδίκην, δηΐων ὕβριν ἀλευομένην,
Σῆμα δ' ἀμαλδύναντος ἀνωΐστοιο χρόνοιο,
Μάξιμος ἔκδηλον θῆκ' Ἀσίης ὕπατος,

Χανθσα κευθμῷ χείσεται διασφάγος,
Λεύσσουσαν ἄτην ἀγχίπτυν ξεναγμάτων,
Ἵν' ἅλμα πάπτυς, καὶ χαμευνάδος μόροι
Τῆς λαθρονύμφυ πόρτιος μεμιγμένοι
Σκύμνῳ κέχυνται, πρὶν λαφύξασθαι γάνος,
Πρὶν ἐκ λοχείας γυῖα χυτλῶσαι δρόσῳ·
Σὲ δ' ὠμὰ πρὸς νυμφεῖα καὶ γαμηλίους
Ἄξει θυηλὰς συγγνὸς Ἰφιδος λέων,
Μητρὸς κελαινῆς χέρνιβας μιμήμενος,
Ἣν ἐς βαθεῖαν λαμίσας ποιμανδρίαν
Στεφηφόρον βδν δεινὸς ἅρταμος δράκων

Ῥαίσει

v. 323. *alteram* vero, Polyxenam, ad cruentas nuptias, i. e. ſacrificium ducet Neoptolemus, matris Iphigeniae cruenta ſacra heu! nimium imitatus,

Καὶ κεῖρις χάλκειον ἐπεὶ τύπον ἐφράσατ' ἄλλη
Κείμενον ἀκλειῶς, τῷ δ' ἐπέθηκε κύκλῳ.

quae nos ita conati ſumus vertere:

Laodicen quondam hic ſuſcepit terra dehiſcens!
Hoſtilem fugeret quum tremebunda manum.
Sed quod tempus edax conſumſerat vſque ſepulcrum,
Splendorem hic praetor
Maximus attribuit:
Quaeque alibi ſine honore
puellae ſtabat imago
Aerea, ſic tumulo deſuper impoſuit.

319 Ἵν' ἅλμα πάπτυς) Locum exprimit, vbi ſe praecipitauit Laodice: nempe iuxta ſaltum ſeu nemus aui ſui Trois, vel Ili ſepulcrum, de quo Homer. vbi quondam Cilla, quae cum Priamo occultam aliquando conſuetudinem habuerat, ſimul cum filio necata eſt ipſius iuſſu, qui Aeſaci oraculum ſuper Hecubae ſomnio (de quo ſupra) de ipſis interpretabatur. Filius autem Cillae quo nomine fuerit, non poteſt ex Lycophrone cognoſci; verum Scholiaſtes ait Munippum fuiſſe vocatum, ac reprehendit etiam Lycophronem, quaſi Cillae et Laodices hiſtorias confundat, vtrique tribuendo filium Munippum. Enimuero Laodices quidem filium vocat Munitum Lycophron, non

Hians hiatu absorbebit foueae,
Cladem videntem gemituum propinquam,
Vbi saltus aui, et meretricis fata
Iuuencae occultinubae cum vitulo
Confusa sunt, antequam laticem mulgeret,
Et a partu membra rore lauaret.
Te vero ad cruda sponsalia, nuptialiaque
Ducet sacrificia odiosus Iphidis leo,
Matris nigrae imitatus sacra,
Quam super profundum decollans mulctrale
Vittatam vaccam crudelis vorax draco,

Tri-

v. 326. quam sacerdos Graecorum, velut bouem vittatam ad aram ense Martis (vel Orionis) volet caedere, cum Graeci in Aulide primum foedus inter se facient.

non Munippum: Cillae autem filii nomen nusquam, vt dixi, exprimit, ideoque non recte sugillat eum Scholiastes.

321 πρὶν λαφύξασθαι) Puer enim, mox atque editus in lucem fuit, sublatus est vna cum matre, sic vt nec lac maternum haurire, nec corpus aqua lauare, seu nutrici lauandum praebere potuerit.

323 Σὲ δ') Polyxenam; haec enim ad Achillis tumulum mactata fuit ab Iphidis leone, seu Neoptolemo, Iphigeniae filio, matris suae sacras, quibus illa in Tauris hospites Graecos mactabat, imitante.

326 Ἱν) Iphigeniam; nam ad illam haec malim, quam ad Polyxenam, referre, ratione sequentium; ποιμανδρία non est hoc loco nomen gentile, vt putauit Scholiastes, nec non Stephanus, qui hoc nomine dicit olim nuncupatam Tanagram: sed vas quoddam sacrum, ad excipiendum sanguinem, quod aliter σφαγῖον vocatur; cuius me rei admonuit Iosephus Scaliger: ac simili compositione dicitur γεράνδριον de ligno vetusto, apud Apoll. ὲ ποιμανδρίαν porro dicit, quemadmodum Virg. vlt.

In flammam iugulant pecudes.

Draco Diomedem, vel quemuis alium sacerdotem Graecum significat.

Ῥαίσει τριτάπρῳ φασγάνῳ κανδάονος,
Λύκοις τὸ πρωτόσφακτον ὅρκιον σχάσας.
Σὲ δ' ἀμφὶ κοίλην αἰχμάλωτον ᾐόνα,
Πρέσβυν Δολόγκων δημόλευστον ὠλένῃ,
Ἐπεσβόλοις ἀραῖσιν ἠρεθισμένῃ,
Κρύψει κυπάς τις χερμάδων ἐπομβρίᾳ,
Μαίρας ὅταν φαιȣρὸν ἀλλάξῃς δομήν.
Ὃ δ' ἀμφὶ τύμβῳ τἀγαμέμνονος δαμεὶς,
Κρηπῖδα πηγῷ νέρθε καλλυνεῖ πλόκῳ,

Ὁ

v. 330. Te denique, Hecuba mater, vetulam, in Thracia, in canem mutatam, ob conuicia tua populus lapidabit,

v. 335. Sed Priamus pater ad aram Hercei Iouis trucidabitur, (qui olim ab Hercule captus, et Hesiones sororis suae, pariter captae, flammeo redemtus, atque in patriam, ab Her-

328 Κανδάονος) Si Candaon Boeotis Orionem sonat, et eius ensem habuit Diomedes: existimarim legendum τριπάτρȣ. notum est enim, Orioni tres fuisse patres. Candaon tamen infra, duobus locis, de Marte dicitur.

329. Λύκοις) Graecis, qui hoc nomine etiam in Iphigen. Taurica insigniuntur. Vocat autem hoc iusiurandum πρωτόσφακτον, quod in eo icendo victima humana primum fuerit adhibita: quae quidem in priore iureiurando, quod in Tyndari domo conceptum fuisse ante dix mus, omissa fuerat; aliter enim non video, quomodo sensus Poëtae constare possit. nec placet Scholiastis interpretatio, quae relationis vocabulum ad qualitatem detorquet, vt logice loquar. Aeschylus hoc sacrificium προτέλεια ναῶν dixit, id est ἀπαρχὰς καὶ προτόλεια: qua quidem ratione posset etiam hic, vt προτόλειον de praeda, ita πρωτόσφακτον de sacrificio dictum videri.

331 Πρέσβυν) Hecubam, quae quum in Thraciam captiua esset abducta, ibique prae nimio dolore atrocius Graecis conuiciaretur, lapidata fuit, et quia Graecos perpetuis conuiciis quasi allatrabat, finxerunt eam post mortem in canem mutatam. vide Ouid. Plautus quoque Menaechmis:

Om-

Tripatris enſe perdet Candaonis,
Primum lupis icens ſacrificale iuſiurandum.
Te denique vetulam circa cauum Thracum
Litus captiuam populi brachio lapidatam
Conuicioſis maledictis irritato,
Occultabit quoddam tegmen lapidum diluvio,
Quando Maerae fuſcum corpus permutaris.
At ille iuxta Agamemnonis aram domitus,
Solum cana verret caeſarie:

Qui

cule incenſam remiſſus, nomen ſuum, *Podarces* mutauit in *Priamus*,) quando Antenor perfidus, face ſigni Graecis dato, equum ligneum, plenum militibus, pertundet, et Sinon, Vlyſſis cognatus, Graecos, antea Tenedum et Calydnas digreſſos, (vbi ſerpens Laocoontis duo filios deuorabit) ex equo in vrbem emittet.

Omnia mala ingerebat, quemquem aſpexerat,
Itaque adeo iure caepta eſt appellari canis.

334 Μαίρας ὅταν) in canem mutata fueris. Maera mulier quia in canem olim fuit mutata, teſte Ouid.

Et quos Maera nouo latratu terruit agros:

hinc pro cane ponitur.

334. ἀλλάξῃς) h. e. *mutando* (*per quandam mutationem*) *indueris*. R.

335 Ὁ δ') Priamus; is ad Iouis Hercei aram domi ſuae confugiens, a Neoptolemo trucidatus eſt. Agamemnonis nomen Ioui tribuitur, quod, vt vult Euſtathius, ſicut Agamemnon εὐρυκρείων, ſic Iupiter εὐρυμέδων dicatur; quae duo epitheta quum idem ſignificent, inde fieri, vt proprium Agamemnonis nomen Ioui pro adiecto tribuatur, ſicut Antenoris nomen apud Aeſchylum de mortuorum reliquiis vſurpatur. Alii putant Agamemnonem ea de cauſa Iouem dici, quod, quum Iupiter ſit aether, Agamemnon quoque aether dicatur. Colebatur autem hic Iupiter Spartae.

336 πέρθε καλλυνᾷ) Haec duo verba iunctim vertit Canterus: *verret*; qua de cauſſa, neſcio, cum, vel ipſo Scholiaſte praeeunte, καλλυνᾷ nihil aliud ſit, niſi κοσμήσει, *ornabit*, ſimpliciter, *inferius ornare* autem non neceſſario

ſit

Ὁ πρὸς καλύπτρης τῆς ὁμαίμονος τάλας
Ὠνητὸς αἰθαλωτὸν ἐς πάτραν μολὼν,
Τὸ πρὶν δ' ἀμυδρὸν ἔνομ' αἴσωσας σκότῳ.
Ὅταν χέλυδρος πυρσὸν ὠμόθριξ βαρὺν
Ἀπεμπολητὴς τῆς φυταλμίας χθονὸς
Φλέξας, τὸν ὠδίνοντα μυρμωτὸν λόχον
Ἀναψαλάξῃ γαστρὸς ἑλκύσας ζυγὰ,
Τῆς Σισυφείας δ' ἀγκύλης λαμπρίδος
Λάμψει κακὸν φρύκτωρον αὐτανέψιος
Τοῖς εἰς σενὴν λευκόφρυν ἐκπεπλευκόσι,
Καὶ παδοβρῶτος πόρκεως νήσους διπλᾶς,
Ἐγὼ

fit *verrere*. Poterat enim hic *ornatus* etiam alio modo, v. c. *iacendo*, fieri.

337. Ὁ πρὸς καλύπτρης) Quum Hesione post captam ab Hercule Troiam captiua cum fratre abduceretur, redemtum flammeo suo Troiam eum remisit: vnde is Priamus dictus est, quum ante Podarces vocaretur. Lucianus Tragopodagra:

Πρίαμος ποδάρκης, ποδαγρὸς ὢν, ἐκλήζετο.

Sed haec quia fabulosa sunt, adferam Diodori Siculi hac de re verba, quae mihi vero magis consentanea videntur: Ἡρακλῆς τὴν πόλιν ἑλὼν, Πριάμῳ τὴν βασιλείαν ἀπέδωκε τῶν Ἰλιέων, διὰ τὴν δικαιοσύνην. ἦτος γὰρ μόνος τῶν υἱῶν τὸ Λαομέδοντος ἐναντιώμενος τῷ πατρὶ, τὰς ἵππους συνεβούλευε ἀποδοῦναι τῷ Ἡρακλεῖ κατὰ τὰς ἐπαγγελίας Nec desunt, qui Priamum ab Hercule ipso a vicinis hostibus redemtum, in regno paterno collocatum asserant.

340 χέλυδρος) serpens aquatilis, quo nomine hic Antenorem insigniuit, qui secundum quosdam Troiam Graecis prodidit; quae quidem opinio inde putatur orta, quod, vt ait ille, suaderet belli praecidere causas, et pacis auctor esset: tum etiam, quia capta Troia, ipsi ab hostibus parcitum fuit. Facem dicit eam, quam lucebat Graecis ex equo descendentibus Sinon. Grauidus dicitur equus Durateus, quem

Qui flammeo fororis miſer
Redemtus, combuſtam rediit in patriam,
Antiquo nomine obſcuro tenebris deleto:
Quando chelydrus horripilus, venditor
Altricis terrae, face accenſa
Graui, grauidum terribili cohorte
Pertundet, ventris extrahens compages,
Et Siſyphiae vulpeculae aſtutae
Conſobrinus malam lucebit taedam
Ad anguſtam aduectis Leucophryn,
Et pueriuori ſerpentis inſulas duas.

Ego

quem Graecorum fortiſſimi quique conſcenderant.

342. τὸν ὠδίνοντα) Omiſſum eſt ſubſtantiuum ἵππον, qui ὠδίνει τὸν μνεμωτὸν λόχον. R.

343. Ζυγὰ) Neſcio, quid Canterum mouerit, vt *compages* verteret, quae *diffolui* quidem, *frangi*, *impelli*, minime vero *extrahi* poſſunt; inprimis, cum in promtu ſit ſenſus longe planior et aptior. Ζυγὸς enim (pl. τὰ ζυγὰ) inter multa alia etiam *iugum in acie*, i. e. *ſeriem, ordinem militum*, denotat, quod huic loco inprimis conuenit. Intelliguntur enim Graecorum turmae, in equo ligneo latitantes, quas ab Antenore perfido inde eductas, hic Caſſandra queritur. R.

344 τῆς Σισυφείας λαμπυρίδος) Vlyſſis aſtuti, qui e Siſypho natus eſt, vt volunt nonnulli, et exprobrat ei apud Sophoclem Philoctetes; eius conſobrinus erat Sinon (de quo Virgil.) natus ex Aeſimo fratre Anticleae, quae fuit Vlyſſis mater. Leucophrys inſula poſtea Tenedus eſt a Teno rege dicta, vt ſupra docuimus.

347 νήσους διπλᾶς) Calydnas, iuxta Tenedum ſitas: e quibus egreſſi ſerpentes, filios Laocoontis intereme-runt; hiſtoriam habet Virgilius.

Ἐγὼ δὲ τλήμων ἡ γάμους ἀρνεμένη,
Ἐν παρθενῶνος λαΐνοις τυκίσμασιν,
Ἄνις τεραμνων, εἰς ἀνώροφον στέγην
Εἱρκτῆς ἀλιβδύσασα λυγαίας δέμας,
Ἢ τὸν Θοραῖον Πτῶον Ὠρίτην θεὸν
Λίπτοντα λέκτρων ἐκβαλοῦσα δεμνίων,
Ὡς δὴ κορείαν ἄφθιτον πεπαμένη
Πρὸς γῆρας ἄκρον, Παλλάδος ζηλώμασι
Τῆς μισονύμφου Λαφρίας πυλαίτιδος,
Τῆμος βιαίως φάσσα πρὸς τόργε λέχος
Γαμφαῖσιν ἅρπης οἰνὰς ἑλκυσθήσομαι,
Ἣ πολλὰ δὴ Βάβειαν Αἴθυιαν κόρην

Ἀρω-

v. 348. Ego vero miſera, quae Apollinis nuptias recuſaui, ideo in carcere obſcuro incluſa latebo;
v. 352. quaeque Apollinem lecto excuſſi, aeternamque ideo virginitatem ſortita ſum, exemplo Palladis,

348 γάμους) Apollinis: de quibus, vt et de carcere Caſſandrae, diximus aliquid in Prolegomenis. Coenaculis carere ſe dicit, quoniam turris ipſius habebat pyramidis figuram. Genitalis, Ptous, et Horarius dicitur Apollo: Genitalis quidem ſeu Genitor, cuius ara fuit in Delo: et Horarius, quod ſol motu ſuo tum producat omnia, tum anni tempora diſtinguat: Ptoi vero rationem ante reddidimus.

350. ἄνις τεραμνων εἰς ἀνώροφον στέγην) Quomodo differant ἄνις τεραμνων et ἀνώροφος στέγη, quae veluti duo diuerſa hic commemorantur, cum tamen plane idem ſignificent, difficulter aliquis dixerit. Canterus quidem ἄνις τεραμνων per *carens coenaculis* vertit, ſed cur id fecerit, fateor, me videre nondum potuiſſe. Hoc certum eſt, vtrumque opponi λυγαίᾳ εἱρκτῇ, ideoque Caſſandram queri, ſe in domo, meris lapidibus conſtructa nec tecto ligneo (quale ipſam, vt regiam filiam, deceat) inſtructa, ideoque etiam valde horrida ac tenebroſa, tanquam maleficam, aſſeruari. Vnde recte Scholiaſtes ineditus hunc verſum ita explicat: ἐστερημένη τῶν ξυλίνων παστάδων, et: μὴ ἔχουσαν ξύλινον ὄροφον, ἀλλ' ὁλόλιθον. Recte igitur quoque Potterus obſeruat,

Ego vero miſera, quae recuſatis nuptiis
In thalami ſaxei ſtructuris
Carens coenaculis in expertem tecti domum
Carceris obſcuri corpus immerſi:
Quaeque Genitalem Ptoum Horarium deum,
Cubilium cupidum lectis excuſſi,
Tanquam virginitatem ſortita aeternam
Ad ſummam vſque ſenectutem, exemplo Palladis
Innuptae Laphriae ianitricis:
Tunc violenter palumba ad accipitris lectum,
Faucibus harpes columba raptabor,
Multum Budeam Fulicam virginem

Vin-

v. 356. tunc, veluti columba ab accipitre, Aiace, rapiar, multum inuocans illam ipſam Palladem ad iniuriam hanc vindicandam.

ſeruat, non ita hunc verſum ſumendum eſſe, tanquam Caſſandra ſub dio commorata ſit, (quomodo enim εἰρκτὴ *tenebroſa* vocari iſte locus poſſet?) ſed de defectu mollioris carceris, et lacunaris, regia filia digni, intelligendum. R.

356 Τῆς μισονύμφα) quae et ἀμπάρθενος idcirco vocatur, ac proprio παρθένια cognomine Athenis colebatur; eadem et Laphria dicta eſt a Calydoniis et Meſſeniis, a Laphrio quodam erecta, teſte Pauſan. et Ianitrix, quod in aedium foribus, et oppidorum portis ponebatur.

358 ἑλκνοθήσομαι) ab Aiace. Coniunguntur hic οἰνὰς et φάσσα, quomodo ſupra τριόρχις et ἀ̓ετός. Budea dicitur Pallas a ciuitate quadam Theſſaliae vel Phrygiae. Eadem et Fulicae cognomento coli ſolita eſt, quod in mergum fuerit olim conuerſa (vt Odyſſ. ε.) teſte Heſychio.

358 οἰνὰς) Aliena eſt ab h. l. explicatio tam Tzetzis, quam ineditorum Scholiaſtarum, qui de ἀμπέλῳ loquuntur, cum οἰνὰς haud dubie reſpondeat τῷ φάσσα, et ſignificet *genus columbae ſylueſtris*, ſicuti contra τόργος (*Aiax*) reſpondet τῷ ἄρπη, quod *genus aquilarum* denotat. R.

361

Ἀρωγὸν αὐδάξασα, τἀρέθον γάμων.
Ἡ δ' εἰς τέραμνα δερατογλύφε σέγης
Γλήνας ἀναστρέψασα χώσεται στρατῷ,
Ἐξ ἀρανῆ πεσοῦσα καὶ θρόνων Διὸς,
Ἄνακτι πάππῳ χρῆμα τιμαλφέσατον.
Ἑνὸς δὲ λώβης ἄντι, μυρίων τέκνων
Ἑλλὰς σενάξει πᾶσα τοὺς κενοὺς τάφους,
Οὐκ ὀσοθήκας, χοιράδων δ' ἐφειμένους,
Οὐδ' ὑσάτην κεύθοντας ἐκ πυρὸς τέφρην
Κρωσσοῖσι ταρχυθεῖσαν, ὡς φθιτῶν θέμις,
Ἀλλ' ἄνομ' οἰκτρὸν καὶ κενηρίων γραφὰς,
Θερμοῖς τεκόντων δακρύοις λελουμένας
Παίδων τε, καὶ θρήνοισι τοῖς ὁμευνίδων.
Ὀφέλτα καὶ μύχερε χοιράδων Ζάραξ,

Σπῖλοι

v. 361. Atque huius Deae imago ab hoc ſcelere, in eius templo peracto, oculos ſurſum auertet, et ipſa Pallas propterea Graecis valde iraſcetur, cum Palladium ſuum, et caelo delapſum, donum auo meo, Troi, longe gratiſſimum, adeo profanari viderit.

v. 365. Vnius ergo, Aiacis, ob ſcelus tota dolebit Graecia, cadavera ſuorum non in vrnis, ſed in montium ſcopulis iacere, nec cinerem eorum in hydriis ad patriam referri, ſed vanum

361 στέγης) templi ſui, ex quo etiam abreptam Caſſandram, non e carcere, ſunt qui velint. Propertius:

Victor Oilide, rape nunc et dilige vatem,
Quam vetat auelli veſte Minerua ſua.

Conſentit et Virgilius. Huc etiam pertinet, quod inquit Strabo, Mineruam ſe, quum ſtuprabatur Caſſandra, totam auertiſſe. Exercitum, intellige Graecorum.

363 Ἐξ ἀρανῆ) Palladium enim Ilo regi, ſignum poſtulanti caelitus demiſſum fertur; vide Apollodorum. Idem Ilus, quum Palladium hoc quodam tempore e templo igne correpto vellet auferre, repente excaecatus fuit, narrante Plutarcho.

365 Ἑνὸς δὲ) Aiacis. Virgilius:

Vnius ob noxam et furias Aiacis Oilei.

Mi-

Vindicem inuocans depultricem nuptiarum.
Illa vero in tecta lignis compactae domus
Suspiciens, irascetur exercitui,
E caelo delapsa, Iouisque solio,
Auo regi res pretiosissima.
Vnius autem ob peccatum, infinitorum liberorum
Honoraria gemet omnis Graecia sepulcra,
Non vrnis, sed scopulis insidentia,
Nec extremum tegentia ex igne cinerem
Hydriis conditum, vt mortalium mos est,
Sed nomen miserandum, et cenotaphiorum inscriptiones,
Calidis parentum ac filiorum lacrymis
Perfusas, et lamentis vxorum.
O Ophelta, et petrarum custos Zarax,

Sco-

nomen et epitaphia, cognatorum lacrymis perfundenda, domum redire.

v. 373. O montes Euboeae omnes, o domicilium Phorci, Dei marini! quot suspiria morientium Graecorum, cum fragmentis nauium electorum, audietis! quot strepitus maris, ad scopulos allisi! quot Graecos, tanquam pisces ad montium petras allisos, quos fulmen ac tempestas noctu ferient tum,

Minerua etenim propter Aiacis stuprum Graecis, quibus antea fauerat, irata, tempestates et procellas horrendas redeuntibus immisit.

Quum Pallas vsto vertit iram ab Ilio
In impiam Aiacis vrbem: Horatius.

369 θήμις) Solet enim peregre mortuorum crematorumque cinis, in vrnis conditus, domum referri. Expressit autem Homericum illud:

—— ἥτις δίκη ἐστὶ θανόντων.

373 Ὀφέλτα) Alloquitur loca, et rupes eas, in quibus Graeci naufragium fecerunt. Sunt autem omnes Euboeae montes, nisi quod Trychas vrbem Stephanus vult esse, quam Lycophron per Metaplasmum Trychanta appellarit. Phorcus deus est marinus.

Σπῖλοί τε καὶ Τρύχατα καὶ τραχὺς Νέδων,
Κἀ πάντα Διρφωσσοῖο καὶ Διακρίων
Γωλειὰ, καὶ Φόρκυνος οἰκητήριον,
Ὅσον σεναγμῶν ἐκβεβρασμένων νεκρῶν
Σὺν ἡμιθραύστοις ἰκρίοις ἀκούσετε!
Ὅσων δὲ Φλοίσβων ῥαχίας ἀνεκβάτε
Δίναις παλιῤῥοίῃσιν ἕλκοντος σάλε!
Ὅσων δὲ θύννων ἠλοκισμένων ῥαφὰς
Πρὸς τὴ πάνοισι κρατὸς, ὧν καταβάτης
Σκηπ]ὸς κατ' ὄρφνην γεύσεται δηϊμένων,
Ὅταν καρηβαρεῦντας ἐκ μέθης ἄγων,
Λαμπ]ῆρα Φαίνῃ τὸν ποδηγέτην σκότους
Σίντης, ἀγρύπνῳ προσκαθήμενος τέχνῃ.
Τὸν δ', οἷα δύπ]ην κηρύλον διὰ σενὸς
Αὐλῶνος, οἵσει κῦμα γυμνίτην φάγρον,

Διπλῶν

v. 384 cum Nauplius, filium Palamedem, a Graecis occisum, vlturus, iis redeuntibus lucernam de Caphareo monte suspendet, ad quam illi ebrii, tanquam ad portum, naufragium omnes facient.

379-80. Ὅσων δὲ - σάλε) Ordo paulo implicatior est hic: Ὅσων δὲ (sc. ἀκούσετε) φλοίσβων σάλε ἀνεκβάτε, ἕλκοντος ῥαχίας δίναις παλιῤῥοίῃσιν! Ῥαχίας intelligam de eo, quando fluctus, diu alluendo, paulatim a continente aliquid telluris abrumpunt, adeoque veluti ad mare pertrahunt. R.

380 παλιῤῥοίῃσιν) Scaliger παλιῤῥοίβδησιν hoc loco legit; ego potius δίναις παλιῤῥοίῃσιν ita dictum a Poëta credo, vt πότμον φθορον postea dicet, et Homerus νῆα πρύμνην vsurpat.

381 θύννων) Graecos naufragos. Gustabit, siue feriet: qua figura dicuntur apud Homerum antagonistae γεύεσθαι ἀλλήλων. Virg. tangendi sensu vti maluit:

Fulminis afflauit ventis, et contigit igni.

386 Σίντης) Nauplius; is quum filium suum, Palamedem, a Graecis interemtum cognouisset, omnibus eos modis vlcisci conatus est, adeo

Scopulique, et Trychanta, et aſper Nedon,
Omnesque Dirphoſſi et Diacriorum
Gurgites, Phorcique domicilium,
Quot ſuſpiria mortuorum, cum ſemifracts
Tabulatis eiectorum, audietis:
Quotque ſtrepitus inacceſſibilis ſali,
Vorticibus refluis ſcopulos trahentis:
Quotque thunnos, futuras capitis
Contra cautes ſulcatos, quos praeceps
Fulmen vaſtatos per noctem guſtabit,
Quando caput ex crapula grauatos ducens,
Facem lucebit tenebrarum ducem
Noxius, vigili incumbens fraudi.
Illum ſane velut vrinatorem halcyonem per anguſtum
Canalem auferet fluctus nudum phagrum,
Inter

v. 387. *Aiacem, Locrum,* per anguſtum canalem fluctus ferent inter Myconum ac Tenum, Aegaei maris inſulas.

adeo, vt et principum vxores in adulterium per certos homines pelliceret, et Graecis redeuntibus lucernam de Caphareo monte ſuſpenderet, ad quam illi tamquam ad portum aut ſtationem nauigantes, facerent omnes naufragium. Propertius:

Nauplius vltores ſub noctem porrigit ignes,
Et natat exuuiis Graecia preſſa ſuis.

Quod additur de crapula, ſumtum eſt ex Homeri verſu:

Οἳ δ' ἦλθον οἴνῳ βεβαρηότες νῆες Ἀχαιῶν.

387 Τὸν δ') Ab hoc loco catalogum texit Graecorum, qui partim naufragio perierint, partim variis erroribus longo tempore circumacti fuerint. Primo loco ponitur Aiax, qui inter Myconum et Tenum, Aegaei maris inſulas, naufragium ad ſcopulos fecit. Ad Gyras deinde, ſeu Gyrades petras fuit eiectus. Homerus:

Γυρῇσι μὲν πρῶτα Ποσειδάων ἐπέλασσεν.

Διπλῶν μεταξὺ χοιράδων σαρȣ́μενον.
Γυραῖσι δ' ἐν πέτρῃσι τερσαίνων πτερὰ,
Στάζοντα πόντȣ, δευτέραν ἅλμην σπάσει,
Βληθεὶς ἀπ' ὄχθων τῷ τριωνύχῳ δορὶ,
Ὧι νιν κολαστὴς δεινὸς ȣ̓τάσας λατρεὺς,
Ἀνἄγκάσει φάλαισι κοινωνεῖν δρόμου
Κόκκυγα κομπάζοντα μαψαύρας στόβους.
Ψυχρὸν δ' ἐπ' ἀκταῖς ἐκβεβρασμένον νέκυν
Δελφῖνος ἀκτὶς Σειρίȣ καταυανεῖ.
Τάριχον ἐν μνίοις δε καὶ βρύοις σαθρὸν
Κρύψει κατοικτίσασα Νησαίας κάσις,
Δίσκȣ μεγίστου τάῤῥοθος Κυναιθέως.
Τύμβος δε, γείτων ὄρτυγος πτερουμένης
Τρέμων φυλάξει ῥόχθον αἰγαίας ἁλός.

Τὴν

v. 390. Ad Gyrades deinde petras eiectus, vix siccato corpore, iterum Neptuni tridente percussus, in fluctus cadet, et inter balaenas peribit.

v. 396. Eius cadauer, a sole in terra vstum, deinde in alga sepe-

389 σαρȣ́μενον) Hoc pereleganter Euripides Hecuba expressit:

Πολλοῖς διαύλοις κυμάτων φορȣ́μενος.

ac vocat δίαυλον hic, quod alii παλίῤῥοιαν.

391 δευτέραν ἅλμην) iterum cadet in mare. Verbo trahendi etiam Horatius in hac notione est vsus:

Pocula Lethaeos vt si ducentia somnos
Arente fauce traxerim.

Neptunum vocat mercenarium, quod moenia Troiana mercede conductus exstruxerit. Cuculum deinde appellat Aiacem, quoniam erat garrulus et maledicus. nam, vt Homerus inquit,

Φῆ ῥ' ἀέκητι θεῶν φυγέειν μέγια λαῖτμα θαλάσσης.

397 Δελφῖνος) Aiacis, more delphini, de quo videndus Oppianus, in litus expositi; alii delphinum hic de Sole dici malunt. Sirius deinde pro Sole capitur, vt et apud Archilochum citante Suida:

Πολλοὺς μὲν αὐτῶν σείριος καταυανεῖ.

et apud Hesiodum initio secundi, secundum quosdam.

399

Inter duos iactatum scopulos.
In Gyris autem saxis pennas siccans,
Mari stillantes, alteram trahet salsuginem,
Tricuspide a scopulis hasta deiectus,
Qua illum vindex horrendus vulnerans Mercenarius,
Coget vna cum balaenis currere,
Cucullum iactantem vanas minas.
Tum frigidum ad litus expulsum cadauer
Delphini radius arefaciet Sirii.
Salsamentum demum putridum in algis et musco
Sepeliet Nesaeae soror miserta,
Lapidis maximi adiutrix Cynaethei.
Sepulcrum vero vicinum alatae coturnici
Tremens cauebit Aegaei maris strepitum.

Ca-

liet Thetis, Iouis quondam adiutrix in caelo, cum a reliquis Diis ille ligaretur.

v. 401. Sepulchrum autem eius, prope Delum, a fluctibus subinde inundabitur.

399 Νησαίας) Nereidis apud Homerum, Hesiod. et Virgilium; eius soror est Thetis. Lapidem dicit Iovem, pro quo lapis fuit Saturno propositus deuorandus; idem Cynaethei nomine in Arcadiae vrbe Cynaetha colitur, teste Strabone. Quin etiam in Olympia signum Iouis Cynaethaënses posuerunt, auctore Pausan. Iouis porro adiutrix fuit Thetis, quum eum reliqui dii ligare vellent; nota est fabula.

402 Τρέμων) Quoniam iuxta Delum Aiax in litore sepultus fuit, factum est, vt aqua maris altior, Aiacis etiam sepulcrum subinde inundaret, ita vt illud sub aquis quasi tremere et fluctuare videretur. Similiter dixit Horat. *trementes verbere ripas.* Dicitur quoque poëtice sepulcrum cavere maris strepitum et fluctum, quasi metuat vndas alludentes, quemadmodum contra turris alta, nec inundationibus obnoxia, dicitur a poëtis interrita fluctibus. Quod enim de Tremonte

Τὴν Κασνίαν δὲ καὶ Μελιναίαν θεὸν,
Λυπρὸς παρ' ἅδην δεννάσει κακορρόθων,
Ἣ μιν παλεύσει δυσλύτοις οἴστρου βρόχοις,
Ἔρωτας, οὐκ ἔρωτας, ἀλλ' Ἐριννύων
Πικρὰν ἀποψήλασα κηρυλικὸν πάγην.
Ἅπασα δ' ἄλγη δέξεται κωκυμάτων,
Ὅσην Ἄραθος ἐντὸς, ἠδὲ δύσβατοι
Λειβήθριαι σφίγγουσι Δωτίδ πύλαι,
Οἷς ἐμὸς ἔσαι, κἀχερουσίαν πάρα
Ῥηγμῖνα, δαρὸν ἐσεναγμένος γάμος.
Πολλῶν γὰρ ἐν σπλάγχνοισι τυμβευθήσεται
Βρωθεὶς πολυσίχοισι καμπέων γναθοις
Νήριθμος ἐσμός. οἱ δ' ἐπὶ ξένης ξένοι,
Παῶν ἔρημοι, δεξιώσονται τάφους.
Τὸν μὲν γὰρ Ἰηὼν Στρυμόνος Βυσαλτία,
Ἀψιν-

v. 403. Ipse etiam, adhuc apud inferos Venerem, vt cauſſam malorum ſuorum, exſecrabitur.

v. 408. Omnis porro Graecia, quacunque ab Epiro ad Olympum patet, admodum dolebit; cuius incolae, vel apud inferos, vim mihi illatam lugebunt. Multi enim eorum a piſcibus

ait Scholiaſtes, minus placet. Noſtram quidem ſententiam adiuuant verba Pauſaniae, qui in Atticis de quodam audiſſe ſe refert, ὃς τῷ τάφῳ τὰ πρὸς αἰγιαλὸν ἔφασκεν ἐπικλύσαι τὴν θάλασσαν, καὶ τὴν ἔσοδον πρὸς τὸ μνῆμα δύσχαλεπὴν ποιῆσαι. Iam coturnicem alatam intellige Delum. Aſteria enim, ſeu Latona, ſeu Latonae ſoror, in coturnicem commutata, facta poſt eſt inſula Ortygia, quae deinde Delus fuit; vide Callimachum et Athenaeum.

403 Κασνίαν) Venerem hanc Κασνήτην appellauit Callimachus citante Strab. Nominis origo videtur a Caſtnio, Pamphyliae monte, ducta, cuius ἔθνικὰ ſunt, auctore Stephano, Κάστιος et Κασνήτης. Scholiaſtis quidem commentum nimis eſt ineptum. Melinaea dicitur Venus a Melina, vrbe Argiua.

405 οἴστρου) amoris, quo percitus, Caſſandram compreſſit.

Caſtniam autem et Melinaeam deam
Triſtis apud inferos vituperabit conuicians,
Quae illum inexplicitis captabit oeſtri laqueis,
Amores, nec amores, ſed furiarum
Acerbas intendens damnoſas pedicas.
Omnis porro dolores excipiet luctuum,
Quamcumque Araethus atque inuiae
Libethriae Dotii cohibent portae:
Quibus etiam iuxta litus Acheruſium
Meae lugebuntur diu nuptiae.
In viſceribus etenim balaenarum ſepelietur,
Multifidis deuoratus maxillis,
Infinitus numerus; alii peregre peregrini,
Cognatis orbi, intrabunt ſepulcra.
Vnum quidem Eon Strymonis Biſaltica,
Abſin-

marinis deuorabuntur, multi quoque in peregrinis regionibus, procul a patria ac ſuis, ſepelientur.

v. 417. *Primus* eorum *Phoenix* eſt, Achillis educator, quem pater Amyntor, cum pellice ſua deprehenſum, excaecarat (Chiron vero poſt ſanauit) ante, quam patriam, Trachinem, videat, Eone, Thraciae vrbe, ſepelietur.

preſſit. Sequens in Poëta dicendi figura ſimilem habet apud Muſaeum verſu venuſtiſſimo:

Μοιρέων ἀνέφυσε καὶ ὀκέτι δαλὸν ἐρώτων.

Euripides quoque eodem, quo Lycophron, ſenſu dixit: γάμος ὃ γάμος, ἀλλ' ἀλάστορός τις ὄϊζύς.

408 Ἄπασα) terra, ſiue Graecia, quae tota fere Araetho Dotioque comprehenditur. Aracthus eſt Epiri fluuius: Dotium, Olympi promontorium.

411. Οἷς) Graeciae incolis; tranſitum facit a terra ad homines, more poëtis familiari.

417 Τὸν μὲν γὰρ) Phoenicem, qui in Eone, vrbe Thraciae, ad Strymonem ſita (vnde vocatur ab hiſtoricis Ἡϊὼν ἡ ἐπὶ Στρυμόνι, vel ἀγχιαλὸς παρὰ τῷ Στρυμόνι) ſepultus fuit. Abſinthii, Biſtones, Edoni, Thraciae ſunt populi. Nutricius vocatur,

Ἀψινθίων ἄγχιρος, ἠδὲ Βισόνων,
Κουροτρόφον πάγχιρον Ἡδωνῶν πέλας
Κρύψει, πρινὴ Τυμφρηστὸν αὐγάσαν λέπας,
Τὸν παῖδὶ πλεῖσον ἐσυγημένον βροτῶν,
Ὅμηρον ὅς μιν θῆκε, τετρήνας λύχνους,
Ὅτ' ἐς νόθον τρήρωνος ηὐνάσθη λέχος.
Τρισσοὺς δὲ ταρχύσουσι Κερκάφου νάπαι
Καύηκας, οὐκ ἄπωθεν Ἀλέντος ποτῶν.
Τὸν μὲν, Μολοσσῆ Κυπέως Κοίτῃ κύκνον,
Συὸς παραπλαγχθέντα θηλείας τόκων,
Ὅτ' εἰς ὀλύνθων δῆριν ἑλκύσας σοφὴν
Τὸν ἀνθάμιλλον, αὐτὸς ἐκ μαντευμάτων
Σφαλεὶς ἰαύσει τὸν μεμορμένον πότμον.
Τὸν δ' αὖ τέταρτον Ἐγγόνων ἐρεχθέως,

Αἴθω-

v. 424. *Tres* alii, ſenes, ſepelientur Colophone, ad Alentem fluuium; primus, *Calchas*, vates Apollinis, qui. naſutus, tentando vatem meliorem, Mopſum, et ab eo victus, ex oraculo morietur;

quod Achillem educauerit, vt ipſe longa oratione narrat Iliad. decimo.

420 λέπας) patrium, Trachine. Phoenicis pater fuit Amyntor, qui illam cum pellice deprehenſum viſu priuauit, ſanatum poſt a Chirone.

424 Κερκάφου) qui mons eſt Colophonis, cuius et fluuius eſt Alens vel Ales. Lari cognomen ſenectuti tribuitur.

426 Τὸν μὲν) Calchantem; is enim quum poſt Ilium captum veniſſet Colophonem, quaeſiuit e Mopſo vate, quot groſſos ficus quaedam haberet; reſpondet ille, decies mille, modium, et vnam; id quod ita ſe habere compertum eſt. Tum viciſſim ex Calchante Mopſus de ſue quadam quaeſiuit, quot illa porcellos ferret; ad quam quaeſtionem quum non poſſet Calchas reſpondere, poſſet vero Mopſus, Calchas ex oraculo periit, quo fuerat illi mors indicta, quum primum in vatem ſe praeſtantiorem incidiſſet. De

ge-

Abſinthiis et Biſtonibus contermina,
Nutricium phagrum prope Edonos
Abſcondet, antequam Tymphreſtum ſpectauerit collem:
Patri maxime omnium inuiſum,
Qui eum perforatis lucernis excaecauit,
Quando in adulterino columbae cubuerat lecto.
Tres vero ſepelient Cercaphi ſaltus
Laros, non procul ab Alente fluuio:
Primum quidem Moloſſi Cypei Cubicularis cygnum,
Suis feminae qui aberrauerit a partubus,
Quum, in groſſorum certamen callidum trahendo
Aemulum, ipſe lapſus fatalem
Ex vaticiniis dormiet ſomnum:
Alterum, nepotum Erechthei quartum,

Aetho-

v. 431. alter, *Idomeneus*, quartus ab Ioue, atque Vlyſſis frater ementitus;

genere mortis infra dicetur. Moloſſus, Cypeus, Cubicularis vocatur Apollo: Moloſſus a Moloſſis, Cypeus, quod ſolis calor inſtar veſtis (id enim valet κυπαὰς) nos tegat et foueat: Cubicularis, quod rerum ortui praeſit, vnde et Genitor quibuſdam dictus eſt. Cygnum denique pro vate ponit.

429 Τὸν ἀνθάμιλλον) Mopſum, quem tamen Clemens Calchante facit longe antiquiorem, vt Argonautam; verum Scholiaſtes duos ponit Mopſos, alterum Apollinis filium, vatem: alterum Ampyci filium, Argonautam.

431 Τὸν δ' ἄν) Idomeneum, quartum a Ioue. Minos enim, pater Deucalionis, qui genuit Idomeneum, filius fuit Iouis. Erechtheus Iupiter Athenis et in Arcadia colitur. Neque pugnat hic Lycophron cum Homero, apud quem Idomeneus in Cretam rediiſſe dicitur; nam rediit quidem, ſed mox e regno fuit expulſus, vt infra dicetur, et Colophonem venit.

Αἴθωνος αὐτάδελφον ἐν πλαστᾶῖς γραφαῖς.
Τρίτον δὲ, τὸ μόσσυνας Ἐκτήνων ποτὲ
Στερρᾷ δικέλλῃ βασκαφήσαν]ος γόνον,
Ὃν Γογγυλάτης εἶλε Βηλᾶος Μυλεὺς,
Ἀχηλάτῳ μάσιγι συνθραύσας κάραν,
Ἥμος ξυναίμους πα]ρὸς αἰ νυκτὸς κόραι
Πρὸς αὐτοφόντᾳ σρῆνον ὥπλισαν μόρου.
Δοιοὶ δ᾽ ἐρίθρων Πυράμᾳ πρὸς ἐκβολᾶς
Αὐτοκτόνοις σφαγαῖσι Δηραίνᾳ κύνες
Δμηθέντες, αἰχμάσουσι λοισθίαν βοὴν
Πύργων ὑπὸ π]έρνῃσι Παμφύλου κόρης.

Αἰπὺς

v. 433. tertius, *Sthenelus*, filius Capanei illius, qui Thebas olim oppugnabat, et, quem Iupiter fulmine occidit, cum Eteocles et Polynices, furiis acti, se inuicem occiderent.

432 Αἴθωνος αὐτάδελφον) Vlysses quum Ithacam tandem rediisset, nec agnosci primum vellet, Cretensem se finxit, et Aethonem vocari: fratrem autem habere Idomeneum; sic enim ait Odyss. τ.

Δευκαλίων δέ μ᾽ ἔτικτε, καὶ Ἰδομενῆα ἄνακτα.

et paulo post:

—— ἐμοὶ δ᾽ ὄνομα κλυτὸν Αἴθων
Ὁπλότερος γενεῇ, ὁ δ᾽ ἄρα πρότερος καὶ ἀρείων.

Quin et apud Mineruam atque Eumaeum, Cretensem patriam sibi adsciscit.

433 Τρίτον δὲ) Sthenelum, Capanei filium. Is quum vel inuito Ioue in vrbem Thebanam se irrupturum iactasset, fulmine est interemtus: vide Aeschylum et Euripidem. Ceterum Thebas dicitur subruisse, quomodo Melampus apud Propert. narratur,

Cognitus Iphicli subripuisse boues:

id est, subripere voluisse. Ecteni populi primi Thebis habitarunt, teste Pausan. cuius haec sunt in Boeoticis verba: γῆν δὲ τὴν Θηβαΐδα οἰκῆσαι πρῶτον λέγουσιν Ἐκτῆνας. βασιλέα δὲ εἶναι τῶν Ἐκτήνων ἄνδρα αὐτόχθονα Ὠγυγον. ἐτοιχίσασθαι δὲ μετὰ τοὺς Ἐκτήνας ἐς τὴν χώραν Ὑαντας καὶ Ἄονας. Nonnus quoque quinto Dionys.

Aethonis germanum in hiſtoriis fictis:
Tertium, filium eius, qui Ectenorum quondam
Turres valido ſubruit ligone,
Quem Gongylates interfecit Conſiliarius Piſtor,
Violento flagello caput confringens,
Quando patris germanos Noctis filiae
Ad mutuae cupidinem armarant mortis.
Duo ad Pyrami fluentorum oſtia
Mutuis mortui caedibus Deraeni
Canes vltimo pugnabunt praelio
Sub Pamphyli filiae turrium radicibus.

Altus

v. 439. *Duo* alii, *Mopſus* et *Amphilochus*, ad Pyramum, Ciliciae fluuium, ſe mutuo occident, etſi vterque vates ſit Apollinis.

nyſ. Ἐκτήνων προμάχους vocat principes Thebanos. Quis igitur non admiretur hoc loco Scholiaſtis et aliorum ineptias, qui a beſtiis etymon vocabuli repetunt. Gongylates dicitur Iupiter a torquendis fulminibus, et βουλαῖος, vt apud Homerum μητιωτης: eius ſimulacrum erat Athenis in curia Duirum. Piſtor Iupiter ex Ouidio notus eſt. Germanos dicit Eteoclem et Polynicem. Noctis filiae intelliguntur Furiae.

439 Δοιοὶ δὲ) Mopſus et Amphilochus, qui quum in Ciliciam ſimul veniſſent, Amphilochus, quia volebat Argos ſecedere, tradidit Mopſo ſacerdotium ſuum in annum ſeruandum: quo elapſo, quum nollet Mopſus depoſitum reddere, ventum eſt ad arma, ſeque mutuo interfecerunt. Alii hanc pugnam e diſceptatione de artis peritia ortam volunt. Vates hos vocat Apollinis canes, ſeu ſatellites. Apollo enim Deraenus ſiue Abderitanus ab incolis Abderae colitur.

439 Πυράμου) fluuii Ciliciae. Pamphyli filia vocabatur Megarſus, a qua deinde arx, ſiue vrbs editior nomen ſumſit, vt a patre Pamphylia. Sacra vocat ſepulcra, quod in illis vates, gens ſacra, eſſent conditi.

447

Αἰπὺς δ' ἁλιβρὼς ὄχμος ἐν μεταχμίῳ
Μέγαρσος ἀγνῶν ἡρίων σαθήσεται,
Ὡς μὴ βλέπωσι, μηδὲ νερτέρων ἕδρας
Δύντες, φόνῳ λουσθέντες ἀλλήλων τάφους.
Οἱ πέντε δὲ Σφήκειαν εἰς Κερασίαν
Καὶ Σάτραχον βλώξαντες Ὕλατέ τε γῆν,
Μορφὼ παροικήσουσι τὴν Ζηρυνθίαν.
Ὁ μὲν, πατρὸς μομφῇσιν ἠλασμένος
Κυχρῆος ἄντρων, Βωκάρου τε ναμάτων,
Οὐμὸς ξύναιμος, ὡς ὁ πατρίδι φονεὺς
Πώλου, νόθον φίτυμα, συγγενῶν βλάξη,

ΤΞ

v. 443. Inter horum ſepulchra, media ſtabit Megarſus, vrbs, ne videant alter alterius cruentum tumulum, ne mortuus quidem.

v. 447. *Quinque* porro eorum in Cyprum inſulam venient, ibique habitabunt:

447 Σφήκειαν, εἰς Κερασίαν) Cyprum, quae olim Sphecea ab incolis, qui Σφῆκες vocabantur, dicta fuit. Ceraſtia quoque eſt appellata, quod haberet multa cornua, id eſt, montes et colles. Satrachus Cypri vrbs eſt. Sylvanus Apollo in Hyle, Cypri vrbe ac ſilua, et in Tembro oppido, atque Amamaſſo colebatur. Venus deinde Morpho vocatur, et Zerinthia: Morpho, quod formae praeſit, et pulcritudini: Zerinthia a Zerintho, Thraciae antro et vrbe. Morphonis templum in Laconicis prodidit Pauſanias.

450 Ὁ μὲν) Teucer, is quum in patriam rediiſſet, a patre Telamone fuit repulſus, quod Aiacem fratrem nec moriturum adiuuiſſet, nec mortuum vltus eſſet. Salamine igitur fugatus, in Cyprum venit, vbi nouam condidit Salamina, vt eleganter ab Horatio deſcribitur. Dido quoque apud Virgilium ſic de Teucro:

Atque equidem Teucrum memini Sidona venire,
Finibus expulſum patriis, noua regna petentem
Auxilio Beli. Genitor tum Belus opimam

Vaſta-

Altus autem exefusque tumulus, Megarfus,
In medio facrorum ftabit fepulcrorum,
Vt ne videant, nec inferorum fedes
Ingreffi, cruore refperfa alterius fepulcra.
Quinque in Spheceam Ceraftiam
Et Satrachum venientes, terramque Syluani,
Morphonem accolent Zerinthiam.
Primus quidem patris criminationibus expulfus
Antris Cychrei, Bocaroque fonte,
Meus cognatus, tanquam patrii occifor
Pulli filius adulterinus, cognatorum damnum:
Qui

v. 450. *Primus* erit *Teucer*, expulfus e Salamine a patre Telamone, propterea, quod Aiacem, fratrem, fibi manus inferre paffus, nec mortem eius vltus fit, meus cognatus, ex Hefione, Priami forore, veluti fratricida ideo a patre confideratus, filius Telamonis e pellice (illa ipfa Hefione) genitus, Troianis meis mala multa inferens; frater, inquam, Aiacis,

Vaftabat Cyprum, et victor ditione tenebat.

Itaque, quod ait Seruius, Teucrum totam Cyprum occupaffe, falfum videtur. Antrum Cychrei dicit Salaminem, cui Cychreus vel Cenchreus olim imperauit, occifo dracone, (quanquam alii Cychreum ipfum ferpentem fuiffe velint) vnde et Cychrea dicta fuit, fi Euftathio credimus. Bocarus etiam Salaminius eft fluuius, de quo Strabo.

450 Ὁ μὲν) Teucer fcil. Salaminius, Telamonis et Hefionae filius; a quo probe diftinguendus eft alius eiusdem nominis, qui infra, v. 1303 occurrit. Is enim Cretenfis, Scamandri filius fuit. R.

452 Οὐμὸς ξύναιμος) erat enim filius Hefionae, quae fuit Priami foror, ac Telamoni, capta ab Hercule Troia, pro praemio donata, quod muros primus confcenderat. Patrium pullum dicit Aiacem Telamonium, quoniam ex eodem, quo Teucer patre, fed matre alia natus erat. Cognatos intelligit Troianos, quorum plurimos Teucer telis transfixit, vt eft apud Homerum videre.

454

Τᾶ λύσσαν ἐν ποίμνησιν ἀχματηρίαν
Χέαντος, ὃν χάρωνος ὠμησοῦ δορὰ
Χαλκῷ τορητὸν οὐκ ἔτευξεν ἐν μάχῃ,
Μίαν πρὸς ἅδην καὶ Φθίτους πεπαμένον
Κέλευθον, ἣν γώρυτὸς ἔκρυψε Σκύθης,
Ἥμος καταφθὰν θύσθλα Κωμύρῳ λέων
Σφῷ πατρὶ λάσκε τὰς ἐπηκόους λιτὰς
Σκύμνον παρ' ἀγκάλησιν ἀείτα βράσας.
Οὐ γάρ τι πείσει φίτυν, ὡς ὁ Λήμνιος
Πρηστὴρ Ἐνυᾶς, ἅποτ' ἐς φύζαν τραπεὶς
Ταῦρος βαρύφρων, δυσμενεσάτα ξένων
Ἔτυψε δώρῳ σπλάγχνον, ἀρνεύσας λυγρὸν
Πήδημα πρὸς κνώδοντος αὐτάργους σφαγάς.
Ἑλᾷ δὲ πάτρας τῆλε Τραμβήλου κάσιν,

Ὃν

v. 454. qui rabiem ſuam in oues innoxias effudit, quem leonis Nemeaei pellis, ei ab Hercule donata, inuulnerabilem reddidit, qui vno tantum corporis loco occidi poterat, vbi eum pharetra Teuthrantis tegeret, et hanc ἀτρωσίαν conſecutus eſt tum, quum Hercules, Ioui ſacrificans, apud Telamonem, dixit, preces pro filio, Telamoni naſcendo, ratas fore.

454 Τᾶ λύσσαν) Notus eſt Aiacis furor ex Sophocle, Ouidio, aliis. Leonem dicit Nemaeum, cuius pellem Aiaci dederat Hercules. Corytum vocat Scythicum, quod eum a Teutaro Scytha Hercules primum acceperat, vt ante dictum eſt. Is Herculi tegebat latus, vt Aiaci clypeus.

459 Κωμύρῳ) Quum Telamon quodam tempore pro liberis Ioui ſacra faceret, Hercules caſu illac transiens, hoſpitioque exceptus, ſacris interfuit, puerumque Aiacem, quem brachiis geſtabat, leonina ſua donauit, ſimul precatus Iouem patrem, vt infantem redderet inuulnerabilem; quod eius votum aquilae praeteruolantis omine comprobatum fuit, et inde puer Aiax dictus putatur. Meminit fabulae Pindarus Iſthm. 6. Comyro Iouis eſt apud Halicarnaſſenſes cognomen. Pro ἀείτα lego ἀήτα, vel αἰήτα, vna duntaxat mutata litera.

460

Qui rabiem in ouilia bellicoſam
Effuderat: quem crudelis leonis pellis
In pugna reddidit inuulnerabilem,
Vnam ad Orcum atque manes viam
Sortitum, quam corytus texit Scythicus,
Quando Comyroni ſacrificia adolens leo,
Patri ſuo preces dixit impetrabiles,
Aquilae catulum in ulnis quatiens.
Nec enim perſuadebit patri, Lemnium
Fulmen Bellonae, nunquam in fugam verſum
Taurum iracundum, inimiciſſimi hoſpitis
Dono pectus percuſſiſſe, triſti inſilientem
Saltu in ſpontaneas gladii caedes:
Sed expellet procul e patria Trambeli fratrem,
Quem

v. 462. Non enim perſuadebit Teucer patri Telamoni, Aiacem in eum gladium, quem ab Hectore dono acceperat, ſua ſponte incubuiſſe, ſed Telamon eum procul e patria expellet. Habet enim ad huc alium filium, quem Heſione peperit, praemio data ipſi tum,

460 Σφῷ πατρὶ) Telamoni. Lemnium fulmen vocat Aiacem bellicoſum, quod Lemnii, ſecundum nonnullos, primi armorum fabricam inuenerint. Hoſpitem dicit Hectorem, a quo Aiax gladium dono accepit, reddito illi balteo, vt Homerus tradit.

460 λάσκε) Eſt aliquod verbum Graecum, λάω, paulo antiquius, quod *videre*, *frui*, ſignificat, vnde notius ἀπολαύω deducitur. Sed *dicendi* notionem, quantum ſcio, non habet. Itaque, cum contexta neceſſario verbum *dicendi* h. l. requirant, equidem Lycophronem φάσκε ſcripſiſſe arbitror, idque nemini editorum hucusque in mentem veniſſe miror. Caeterum libri omnes in vulgari lectione conſtanter conſentiunt. R.

467 Τραμβήλου κάσιν) Teucrum, quem poſtquam ex Telamone genuerat Heſiona, et rurſum deinde gravida fuit facta, Miletum aufugit, vbi Trambelum peperit, qui poſtea Lelegum rex fuit, vt vult Athenaeus.

Soro-

Ὃν ἡ ξύναμος παῖδὸς ἐκλοχεύεται,
Δοθεῖσα πρωΐαχμεια τῷ πυργοσκάφῳ.
Ἦν δή ποτ' ἐν ῥήτρησι δημοτῶν σαθεὶς,
Γλαυκῷ κελαινὸν δόρπον ὤτρυνεν κυνὶ
Στεῖλαι, τριπλᾶς θύγατρας ὁ σπείρας βάβαξ,
Τῷ πᾶσαν ἅλμῃ πηλοποιοῦντι χθόνα,
Ὅταν κλύδωνας ἐξερεύγηται γνάθων,
Λάβρῳ σαλεύων πᾶν τρικυμίᾳ πέδον.
Ὁ δ' ἀντὶ πιποῦς σκορπίον λαιμῷ σπάσας
Φόρκῳ, κακῆς ὠδῖνος ἔκλαυσε βάρος.
Ὁ δεύτερος δὲ νῆσον ἀγρότης μολὼν,
Χρήζων πυθέσθαι πημάτων ξυμβολίαν.
Χερσαῖος αὐτόδαιτος ἐκγόνων δρυὸς

v. 470. cum Phoenodamas suaderet Troianis vt eam vorandam proiicerent monstro illi, ceto, qui terram vexabat, (quia ipse suas tres filias nolebat tradere.)

v. 476. sed tum cetus ille pro Hesione Herculem deglutiebat, eâque re peribat. (v. 33. 34.)

Sororem patris, Priami, dicit Hesionam, quam Telamon ab Hercule praemium accepit, vt diximus.

470 Ἦν δή ποτ') Quum cetus a Neptuno immissus (de quo initio libri dictum est) humanis corporibus alendus esset, ideoque sorte quotidie ducerentur e Troianis, quos obiicerent ceto, cecidisset autem sors tandem in Phoenodamantem: ille quum nollet filias suas ceto exponi, habita concione persuasit populo, vt Hesiona, filia Priami, propter, cuius periurium cetus esset immissus, deuoranda belluae proponeretur; quod quum factum esset, seruata tamen fuit ab Hercule puella. Pipo est auis marina, cui confert Hesionam, vt Herculem scorpio. Partum vocat Herculem, qui e ceti mortui ventre exiit, vt ante expositum est.

478 Ὁ δεύτερος) Agapenor. Versum proximum, qui hactenus priorem locum occupauit, transposuimus, ita re exigente; qualem loci mutationem etiam infra necessario duobus in versibus faciem-

Quem ſoror patris genuit,
Praedae data euerſori turrium:
Quam aliquando ſtans in foro popularium
Caeſio diram hortatus eſt coenam cani
Mittere trium ſator filiarum orator,
Totam ſalſugine coenum reddenti terram,
Quando fluctus e buccis eructaret,
Violenter omne concutiens immenſa procella ſolum.
At ille pro pipone ſcorpium gutture glutiens
Cano, mali partus luxit onus.
Secundus autem ad inſulam agreſtis accedens,
Sciſcitari volens cladium remedium,
Terrigena conuiua nepotum quercus

Lupi-

v. 478. *Secundus* erit *Agapenor*, ex gente Arcadum, qui in inſulam Cyprum veniens, metalla ibi fodiet;

ciendam fuiſſe, aperte illic oſtendemus.

480 Χερσαῖος αὐτόδαιτος,) Sequentes quatuor verſus patriam Agapenoris, Arcadiam, longa periphraſi explicant. Vocatur enim primum terrigena, ſiue αὐτόχθων, propter Arcadum vetuſtatem: conuiua deinde nepotum quercus, ſeu Arcadum, quoniam ex Hamadryade nympha, cum qua cubuit Arcas, nati ſunt Arcades. Dicitur autem proprie αὐτόδαιτος, ſeu αὐτόδειπνος, ſiue etiam αὐτόσιτος, is conuiua, qui ſymbolam ſuam ſecum defert, itaque de ſuo coenat; quale quidem conuiuium vocabant antiqui σύνδειπνον, et ἔρανον: alia vero βλαπίνας, quas Martialis rectas coenas nuncupat. Eoſdem porro Arcades vocat etiam lupiformes, quod olim ſe transformare, ſtagno quodam traiecto, ſoliti ſint, teſte Plinio: niſi quis malit hoc ad Lycaonem referre. Nyctimi ſectores deinde vocantur ob Lycaonem, qui Nyctimi filii carnem Ioui hoſpiti appoſuit. Arcades denique glandibus victitaſſe, et Luna ſe antiquiores dicere ſolitos, vnde βαλανηφάγοι et προσέληνοι ſint appellati, notius

Λυκαινομόρφων Νυκτίμε κρεανόμων,
Τῶν πρόσθε μήνης φηγίνων πύργων ὀχὴν
Σποδῷ κατ' ἄκρον χεῖμα θαλψάντων πυρὸς,
Χαλκωρυχήσει, καὶ τὸν ἐκ βόθρε σπάσει
Βῶλον, δικέλλη πᾶν μεταλλεύων γνύθος.
Οὗ Φίτυν ἠνάριξεν Οἰταῖος κόνυξ,
Βαβῶνος ἐν τόρμαισι θρυλλίξας δέμας.
Ἔγνω δ' ὁ τλήμων σὺν κακῷ μαθὼν ἔπος,
Ὡς πολλὰ χείλευς καὶ δεπαστρώμων ποτῶν
Μέσῳ κυλίνδει μοῖρα παμμήτωρ βροτῶν.
Ὁ δ' αὐτὸς ἀρχῷ πᾶς Φαληριῶν λύθρῳ

Στόρ-

v. 486. cuius patrem, Ancaeum aper Calydonius occidit, eumque docuit, multa inter poculum et ſuprema labra cadere, ex veteri prouerbio. Nam beſtia eum, qui ipſam interfecturus erat, ipſum potius interfecit. (vid. notas Canteri et noſtras ad h. l.)

notius eſt, quam vt referri debeat. Pater Agapenoris fuit Ancaeus, qui ab apro Calydonio, ex Oeta in Aetoliam ingreſſo, fuit interemtus. Agapenorem denique, quum in Cyprum veniſſet, Paphum condidiſſe, et in ea Veneris templum, teſtatur etiam in Arcadicis Pauſanias.

486—493. Οὗ Φίτυν — ἐρχηστὸν σφυρόν.) Locus paulo difficilior propter diſſenſum interpretum; quorum alii, vt Canterus et Meurſius, eum de ſolo Ancaeo, alii, vt Scholiaſtes et Potterus, de duobus, *Ancaeo*, (ad v. 490) et *Meleagro*, (a v. 491—493) intelligunt, qui pariter, vt Ancaeus, cum apro Calydonio congreſſus eſt. Sane videtur de duobus Caſſandra loqui, quorum alterius (Ancaei) inguina aper lacerarit, alterius (Meleagri) plantam vulnerarit. Sed tamen non ſummae neceſſitatis eſſe arbitror, alium praeter Ancaeum huc trahere, cum per κτανόντα ipſe Ancaeus commode intelligi, illud autem duplex vulneris genus ita conciliari poſſit, vt aper *primum* Ancaei plantam percuſſerit, *deinde* hic, eo ictu proſtratus, altero vulnere, in inguine accepto, demum perierit. Ὀχη-

σὴν

Lupiformium, Nyctimi sectorum,
Fagineorum ante Lunam panum cibum
In cinere per hiemem summam fouentium,
Aes effodiet, ac glebam euellet
Ex fouea, ligone specum omnem scrutans:
Cuius patrem occidit dens Oetaeus,
Inguinis in vertibulis lacerans corpus.
Cognouit vero miser cum damno discens,
Multa inter labrum et poculentas potiones
Gubernatricem voluere Parcam mortalium;
Candido namque tota candicans tabo

v. 494. *Tertius* erit *Acamas*, Thesei filius, cum quo Laodice, soror mea, furtim concumbet, et ex eo Munitum pariet, deinde viua se de rupe praecipitabit, (v. 316 sqq.)

ἐγὼ nihil aliud h. l. esse puto, nisi *cursu celerem*; Meursius *eum* interpretatur, *qui in praelio moriens, praecipiti casu in terram deuoluatur*; nimis affectate, opinor. R.

489 Ὡς πολλὰ) Adagium est, de quo Erasmus. Ceterum nulla nos vrget necessitas, vt putemus, adagii originem huic Ancaeo a Lycophrone tribui, quamuis id existimet Scholiastes; quandoquidem multi possunt eiusdem rei dictique veritatem euentu suo comprobare.

492 Στόρθυγξ) στόρθυγξ vt acuta omnia, quemadmodum & στόμις; ita etiam setam, quae hic pro bestia setosa ponitur, significat. Interfecturum intelligo Ancaeum, qui cum apro congressus erat. Scholiastis enim argutia nimis videtur hoc loco violenta.

494 Τρίτος δὲ) Acamas, F. Thesei, qui gigantis Aegei arma abstulit; vide Plutarch. Theseo.

495

Στόρθυγξ, δεδαπὼς τὸν κτανεῖντ' ἠμύνατο,
Πλήξας ἀφύκτως ἄκρον ὀρχηστᾶ σφυρόν.
Τρίτος δὲ, τᾷ μάρψαντος ἐκ κοίλης πέτρας
Κέλωρ γίγαντος ὅπλα, τᾷ ποτ' εἰς λέχος
Λαθραῖον αὐτόκλητος Ἰδάια πόρις,
Ἡ ζῶσ' ἐς ᾅδην ἵξεται καταιβάτις,
Θρήνοισιν ἐντακεῖσα, Μυνίτᾳ τοκᾶς,
Ὃν δήποτ' ἀγρώσσοντα Κρησώνης ἔχις
Κτενεῖ, πατάξας πτέρναν ἀγρίῳ βέλει,
Ὅταν τεκόντος αἰχμάλωτος ἐς χέρας
Ἡ πατρομήτωρ τὸν δνόφῳ τεθραμμένον

Βάλῃ

v. 499. quem, Munitum, in Thracia venantem, vipera occidet,
v. 501. poſtquam auia Acamantis, Aethra, Theſei mater, hunc (Munitum) clam educatum, in manus patris, Acamantis, tradiderit, ante ſuam captiuitatem.

495 τᾷ ποτ') nempe quum Acamas legationem apud Troianos de Helena reddenda obiret. Tunc enim Laodice, amore capta, furtim cum ipſo concubuit, et poſtea Munitum peperit.

497 ζῶσ' ἐς ᾅδην) Eodem ſenſu ſupra dixit, ipſam de rupe ſe praecipitaſſe, conſpecto patriae excidio. Scholiaſtes hic nimis audacter Poëtam reprehendit, ipſe merito grauiter increpandus, qui doctiſſimi poetae doctiſſima carmina, quae non intelligit, traducat. Non enim ſic ait Lycophron, Laodicen in Thracia mortuam eſſe, poſtquam filium ſuum periiſſe cognouit: ſed ita, Laodicen, quae fuit Muniti mater, prae nimio dolore ex incendio Troiae viuam ſe praecipitem dediſſe: nec eſt horum verborum iſta ſyntaxis, matrem tabefactam lacrymis Muniti mortuam eſſe, vt putauit Scholiaſtes: ſed iſta, matrem Muniti viuam periiſſe, idque lacrymis tabefactam. Hanc interpretationem noſtram facile defendet Calaber, cuius hi ſunt verſus extremo lib. XII.

Καὶ τότε πᾳ Πριάμοιο πολυκτήτοιο θύγατρα
Λαοδίκην ἐνέπυσιν ἐς αἰθέρα χεῖρας ὀρέξαι
Εὐχομένην μακάρεσσιν ἀτηρίσιν, ὄφρα ἑ γαῖα

Ἀμ-

Setoſa beſtia moribunda interfecturum eſt vlta,
Certo feriens extremam ſaltatoris plantam.
Tertius vero, ſumentis ex caua petra
Gigantis arma filius, cuius olim in lectum
Furtiuum voluntaria Idaea iuuenca
Veniet, ad inferos viua deſcendens,
Lacrymis tabefacta, mater Muniti,
Quem aliquando venantem Thracia vipera
Occidet, aſpero feriens calcem ſpiculo:
Quando parentis in manus captiua
Auia nutritum in tenebris

F 3 Catu-

v. 503. Nam hanc ſolam Aethram Dioſcuri tunc captiuam abducent, cum Helenam, a Theſeo raptam, repetent.

Ἀμφιχάνῃ, πρὶν χεῖρα βαλὼν ἐπὶ δόλια ἔργα.
Τῆς δὲ θεῶν τις ἄκουσε, καὶ αὐτίκα γαῖαν ἔνερθεν
Ῥῆξεν ἀπειρεσίην. —

Jam quoniam in Poëta vtcumque intricatus eſt priorum verborum ordo, pro ἣ ζῶσα poſſet alicui ἵζουσα cum Aurato legendum videri, qua de re iudicet eruditus lector. Euripides quidem extrema Ione ſic loquitur, εἰς θρόνους ἵζε παλαιούς: alioqui ita καταβάτις erit ſumendum, vt infra λαφυσίαν ponitur.

499 Ὃν δήποτ') Munitus ab Acamante (ſecundum alios, Demophoonte) patre Miletum reductus vt fuit, in venatione periit. Acamantem tamen in Phrygiam, capta Troia, aberraſſe, ibique Synnada oppidum exſtruxiſſe, ſunt qui tradant. At Demophoon Aepeam vrbem in Cypro condidit, quam poſtea Philocyprus rex a Solone Solos vocauit.

501 Ὅταν) Quum, inquit, Aethra, Acamantis auia, (fuit enim Theſei mater) Munitum patri Acamanti tradet. Aethrae namque Laodicae filium ſuum dederat educandum. In tenebris nutritum puerum dicit, quem aliter σκοτεινὸν et παρθένιον Graeci vocant.

503 ἣ μόνη) Quum Theſeus Helenam rapuiſſet, apud Aethram matrem Athenis (ſecundum alios, Aphidnis) depoſuit. Dioſcuri deinde quum ob Helenam repetendam Athenas expugnaſſent, Aethram ſolam,

Βάλῃ νεογνὸν σκύμνον. ἢ μόνῃ ζυγὸν
Δέλειον ἀμφήρεισαν Ἀκταίων λύκοι,
Τῆς ἁρπαγείσης ἀντίποινα θυάδος.
Ὧν ὀστράκου στρόβιλος ἐντετμημένος
Κόρσην σκεπάσει, ῥῦμα Φοινίκη δορός.
Τὰ δ' ἄλλα θριπόβρωτος ἄψαυστος δόμων
Σφραγὶς δοκεύσει, θάμβος ἐγχώροις μέγα.
Ἃ δὴ πρὸς ἄστρων κλίμακας σήσει δρόμον
Τοῖς ἡμιθνήτοις διπτύχοις Λαπερσίοις.
Οὓς μήποτ', ὦ Ζεῦ σῶτερ, ἐς πάτραν ἐμὴν
Στείλαις ἀρωγοὺς τῇ δυσαρπάγῳ κρεκί.
Μηδὲ πτερωτὰς ὁπλίσαντες ὁλκάδας,
Πρύμνης ἀπ' ἄκρας γυμνὸν ἀψηρὸν πόδα
Εἰς Βεβρύκων ῥίψειαν ἐκβατηρίαν.
Μηδ' οἱ λεόντων τῶνδε καρτερώτεροι,

Ἀλκὴν

v, 506. Qui quidem, Dioſcuri, dimidiatum ouum in galeis gerentes, praeter Aethram, in Attica omnia intacta, et quaſi ſigillo ſignata ſinent, eaque re et admirationem incolarum ſibi conciliabunt, et viam ad caelum ſternent.

lam, raptoris matrem, vna cum Helena captiuam abduxerunt, ſororis raptum hac ratione vlti. Poſtea, quum ſecundo rapta eſt a Paride Helena, ſequuta eſt vltro Aethra, et ita demum, exciſa Troia, cum Acamante in Graeciam rediit.

506 Ὧν —— κόρσην) Quoniam ex ouo nati erant Dioſcuri, ad eius rei memoriam galea vtebantur, quae dimidiati oui figuram haberet.

508 Τὰ δ' ἄλλα) Dioſcuri enim, vt coepimus dicere, captis Athenis, Helenam ſolam cum Aethra abduxerunt, reliquis Athenienſium aedibus intactis relictis. Vermiculatum ſigillum vſurpat, quia veteres olim lignis vermiculatis & a vermibus exeſis vtebantur pro ſigillis.

510 Ἃ δὴ πρὸς) Athenienſes, conſpecta Dioſcurorum aequitate, qui ſolos fontes puniuiſſent, eos admirati ſunt, & inter deos retulerunt, ἄνακτας dictos, ipſisque ferias ἀναίκεια inſtituerunt. Vocantur autem Dioſcuri tum ſemidei, quod alternis diebus caelo fruantur: tum Laperſii a Laperſa oppi-

Catulum iniecerit recentem: cui ſoli iugum
Seruile impreſſerunt Athenienſium praedones,
Raptae vltionem Bacchae:
Quorum caput oualis teſtae hemiſphaerium
Operiet, haſtae cruentae propugnaculum.
Reliqua porro vermiculatum non tangens aedes
Sigillum ſeruabit, magnum incolis miraculum:
Id quod ad aſtrorum gradus muniet viam
Semideis geminis Laperſiis:
Quos nunquam, o Iupiter Seruator, in meam patriam
Miſeris, vindices bis raptae crecis:
Neque illi alatas armantes naues,
E ſumma puppi nudum pedem celerem
In Bebrycum proiiciant litus.
Quin nec leonibus iſtis fortiores,

v. 512. Sed tu tamen, o Iupiter, hos Helenae vindices nunquam in patriam meam mittas, neque in Phrygum littora cum armata claſſe illi irruant!

v. 517. Neque eo, vnquam veniant fortiores adhuc *Apharidae Idas* et *Lynceus*, longe bellicoſiſſimi!

oppido, teſte Didymo. Quod enim ait Stephanus, Laperſam a Dioſcuris nomen duxiſſe, non ſit mihi veriſimile.

513 διαρπάγω) a Theſeo primum, deinde a Paride. Si legas δυσαρπάγω, id infeliciter raptam ſonabit. Crex eſt auis marina, nuptiis infauſta, quare conuenit hoc nomen Helenae. Bebryces olim Phrygiam habitarunt, Bebryciam a ſe denominatam.

517 καρτερώτεροι) huc veniant, ſubaudi ἀπὸ κοινοῦ. Intelligit autem Apharei filios, Idam et Lynceum: quos quum ait a Marte et Bellona amari, bellicoſos eſſe innuit. Tritonia dicitur Minerua, quod e Iouis capite nata ſit; nam ex τριτογένεια factum eſt a Poëta per Syncopen τριγένητος. Colitur et Iugae nomine a Boeotis, quod orationis auctor fuerit: eandemque puto eſſe, quam Panyaſis vocauit ζυγίαν, citante Clemente, niſi hoc potius ad coniugii

Ἀλκὴν ἄμικτοι· τοὺς Ἄρης ἐφίλατο,
Καὶ δὶ' Ἐνυὼ, καὶ Τριγέννητος θεὰ
Βοαρμία Λογγᾶτις Ὁμολωΐς Βία.
Οὐκ ἂν τὰ χειρώνακτες ἐργάται διπλοῖ,
Δρύμας τε καὶ Πρόφαντος ὁ Κρώμνης ἄναξ
Ἐλατύπησαν κοιράνῳ ψευδωμότῃ,
Ἓν ἦμαρ ἀρκέσειε πορθηταῖς λύκοις,
Στέρξαι βαρεῖαν ἐμβολὴν ῥαιστηρίαν,
Καί περ πρὸ πύργων τὸν Καναστραῖον μέγαν
Ἐγχώριον γίγαντα δυσμενῶν μοχλὸν
Ἔχοντα, καὶ τὸν πρῶτον εὐστόχῳ βολῇ
Μαιμῶντα τύψαι ποιμνίων ἀλάστορα.
Οὗ δή ποτ' ἄθων πρῶτα κινήσει δόρυ,
Κίρκος θρασυὺς πήδημα λαιψηρὸν δικῶν,
Γραικῶν ἄριστος, ᾧ πάλαι τεύχει τάφους,

Ἀκτὴ

v. 521. Neque enim muri, quos Apollo et Neptunus Laomedonti exstruxerunt, horum impetum vel vnum diem sustineant, etsi defensorem habeant Hectorem ante turres, qui hostes cer-

iugii rationem pertineat. Longatis dicitur a loco quodam Boeotiae: nisi potius λογχάτις, vt recte quidam videntur sentire, legendum sit, vt ab hasta denominetur. Homolois denique Minerua colitur a Thebanis, apud quos erant portae Homoloides, in quibus Mineruae Homoloidis statuam fuisse collocatam coniicio. Homoloides autem ab Homole Thessaliae vrbe, qua capta, per has portas in patriam rediere Thebani, nominatae sunt; testis Pausanias.

521 διπλοῖ) Neptunus & Apollo, qui muros Troianos exstruxerunt. Apollo quidem Drymius Milesiis colitur, Neptunus vero Prophantus Thuriis, qui et Cromnae rex dicitur, quae est vrbs in Paphlagonia, aliter Amastris, et alia in Peloponneso. Regem periurum vocat Laomedontem qui equos Herculi sancte promissos abnegauit.

525) Στέρξαι) Malim στέξαι, quam στέρξαι: nam sic Aeschylus:

Πύργον στέγειν εὔχεσθε πολεμίων δόρυ.

Ca-

Bello intractabiles: quos Mars amat,
Diuaque Bellona, ac Tritonia dea
Juga Longatis Homolois Potens.
Nec enim, quae opifices mercenarii gemini,
Drymius, et Prophantus, Cromnae rex,
Exstruxerunt regi periuro,
Vnum diem sufficiant populatoribus lupis
Ad sustinendam grauem irruptionem vastatricem,
Quamuis ante turres magnum Canastraeum
Indigenam habeant gigantem, hostium obicem,
Quique primum certo iactu
Pecorum vastatorem gestiet ferire:
Cuius quondam initio commouebit hastam
Accipiter audax saltu prosiliens veloci,
Graecorum praestantissimus, cui iampridem sepulcrum parat

to iactu prosternat, qualem eius iactum expertus est Protesilaus, Graecorum praestantissimus, qui in Thracico littore sepelietur.

Canastraeum dicit Thracem, sed addit *indigenam*; vt intelligatur Canastraeus per similitudinem tantum Hector vocari. Pecorum vastatorem vocat Protesilaum, qui primus e nauibus ad agrum Troianum populandum egressus, primus ab Hectore trucidatus est.

530 Οὗ δήποτ') Hectoris. Accipiter est Protesilaus. Graecorum porro nomen antiquius esse, quam Ἑλλήνων, nemini mirum debet videri; nam et γραῖκας dixerunt Alcman & Sophocles Graecorum matres, ac dicti sunt Graeci a Graeco, Thessali filio

530 κινήσει) Hanc lectionem non satis commodum sensum habere, nemo est, quin videat. Vnde verisimilior est altera, quam Canterus et Potterus, nescio vnde, commemorant, quam et ipse Canterus et Scaliger in vertendo secuti sunt; quorum ille vertit: *commovebit*, hic: *accendet*. E tribus codd. Witteberg., quos conferre licuit, vnus Pergamenus habet κινήσει, reliqui duo vulgatum κκκινήσει retinent. Ego haud dubie κινήσει praetulerim. R.

Ἀκτὴ Δολόγκων εὐπρεπὴς κεκμηκότι,
Μαζȣσία πρȣ̃χουσα, Χερσαίȣ κέρως.
Ἀλλ' ἔςι γάρ τις, ἔςι καὶ παρ' ἐλπίδα
Ἡμῖν ἀρωγὸς πρευμενὴς ὁ Δρύμνιος
Δαίμων, Προμανθεὺς, Αἰθίοψ, Γυράψιος,
Ὃς, τὸν πλανήτην ὀρθάγην ὅταν δόμοις
Σίντην καταῤῥακτῆρα δεξωνται πικρὸν
Οἱ δεινὰ κἀπόθεςα πείσεσθαί ποτε
Μέλλοντες, ἔν τε δαιτὶ καὶ Θαλυσίοις
Λοιβαῖσι μειλίσσωσιν ἀςεργῆ Κράγον,
Θήσει βαρὺν κολωὸν ἐν λέσχαις μέσον.
Καὶ πρῶτα μὲν μύθοισιν ἀλλήλους ὀδὰξ
Βρύξȣσι κηκασμοῖσιν ὠκριωμένοι,

Αὖθις

v. 535. Sed contra iam dictos Apharidas Iupiter iam dudum nobis auxilium praeparauit, qui, cum Menelaus, Dioſcuri, et Apharidae Paridem raptorem hoſpitio exceperint, et cum eo epulati fuerint, in mediis colloquiis iurgia inter ipſos excitabit.

534 Χερσαίȣ) in Thracia. Cornu vocauit promontorium, propter formae ſimilitudinem. Herodotus Calliope: ἐν Ἐλεοῦντι τῆς Χερσονήσȣ ἐςὶ Πρωτεσίλεω τάφος καὶ τέμενος περὶ αὐτόν. χερσαῖον autem pro χερσόνησον vel χερόνησον dixit, quemadmodum χέρνησον Apollonius.

535 Ἀλλ' ἔςι) Confirmat ſe tandem Caſſandra ſpe certa venturi ab Ioue auxilii; is a Pamphylis Drymius vocatur, a Thuriis Promantheus, a Chiis Aethiops et Gyrapſius.

538 τὸν πλανήτην) Paridem. Vaſtatoris cognomen hic aquilae tribuitur; quare licebat etiam ſic vertere:

Noxiam aquilam acceperint.

Poſtquam igitur, inquit, Paris hoſpitio acceptus a Menelao (itaque etiam a Dioſcuris et Apharidis vt Menelai cognatis) Helenam rapuerit, tum deinde grauis inter Dioſcuros et Apharidas excitabitur contentio.

540 πείσεσθαί ποτε μέλλοντες) quia mutuis perituri caedibus, vt mox dicetur.

540

Defuncto pulchrum Thracum litus
Vberoſum prominens, Cherrhoneſi cornu.
Sed eſt profecto quidam, etiam praeter ſpem,
Nobis adiutor propitius, Drymnius
Deus Promantheus Aethiops Gyrapſius:
Qui, quum erronem conuiuam hoſpitio
Noxium vaſtatorem acceperint,
Qui grauia ſunt et reiicienda paſſuri,
Atque in epulo ac Cerealibus
Libaminibus moroſum placabunt Cragum,
Graue efficiet in mediis confabulationibus iurgium.
Ac primum quidem verbis inter ſe mordicus
Mordebunt, conuiciis exaſperati:

Poſt

v. 544. Ac primum quidem verbis inter ſe litigabunt; deinde Dioſcuri et Apharidae pugnabunt inuicem, quod Dioſcuri Apharidarum conſobrinas, Phoeben et Hairam, ſibi rapuerint; hi vero eas nolent illis concedere, quia Dioſcuri earum patri, Leucippo, dona ſponſalia non dederint.

540 ἀπόθεσα) Alii legunt ἀπόθητα, eodem paene ſenſu, ſed ἀπόθεσα videtur fortius. E codd. tribus Witteberg. Pergamenus habet ἀπόθεσα, reliqui duo ἀπόθητα. R.

542 ἀσεργῆ) nec boni conſulentem illorum ſacrificia. Cragus Iupiter in Lycia colebatur, vbi Strabo montem Cragum ponit. Horatius:

— *aut Erymanthi*
Siluis aut viridis Cragi.

543 κολωὸν) inde ortum, quia Dioſcuri filias Leucippi, Apharidis deſponſas, ſibi rapuerant, non datis de more ſocero ſponſalibus donis; quod quum illis exprobraſſent Apharidae, ipſi boves Apharei clam ablatos ad Leucippum loco ſponſalium attulerunt. Hac re cognita Apharidae proelium cum Dioſcuris iniuere, nolentes raptoribus conſobrinas nubere. Alias contentionis huius cauſas habet Apollodorus.

546

Αὖθις δ' ἐναιχμάσσουσιν αὐτανέψιοι,
Ἀνεψιαῖς ὄρνισι χραισμῆσαι γάμους
Βιαιοκλῶπας ἁρπαγάς τε συγγόνων
Χρήζοντες, ἀλφῆς τῆς ἐεδνώτιδος δίκην.
Ἦ πολλὰ δὴ βέλεμνα Κυκλείων πόρος
Ῥιφέντα τόλμαις αἰετῶν ἐπόψεται,
Ἄπυρα καὶ θαμβητὰ Φηραίοις κλύειν.
Ὁ μὲν, κρανείῳ κοῖλον ἐτάσας σύπος
Φηγῆ κελαινῆς, διπτύχων ἕνα φθερεῖ,
Λέοντα ταύρῳ συμβαλόντα φύλοπιν.
Ὁ δ' αὖ σιγύμνῳ πλευρὰ ἀναῤῥήξας βοὸς
Κλινεῖ πρὸς ἕδας. τῷ δὲ δευτέραν ἔπι

Ιλη-

v. 550. Magna tum pugna erit in Laconia. Idas enim Caſtorem occidet, qui cum Lynceo pugnat; Pollux autem Lynceum

546 αὐτανέψιοι) Apharidae cum Dioſcuris. Erant enim Tyndarus, Aphareus et Leucippus, tres fratres. Sobrinas dicit Leucippi filias duas, Phoeben et Ilairam. Cognatos intellige Dioſcuros.

549 ἀλφῆς) Haec vox cum bis omnino apud Lycophronem occurrat, hic, et v. 1394. contextus autem perſpicue doceat, in priori verſu per eam indicari *raptum virginis* (vnde et Scholiaſtes per ψηλάφησιν explicat) in poſteriori, *quaeſtum, modum quaerendi victus*, quae duae notiones videntur eſſe non modo inter ſe, verum etiam a prima illa notione, (quae in Lexicis reperitur) diuerſae; non alienum erit, eas hoc loco inter ſe conferre, et cum primaria illa conciliare, eaque re hanc ipſam accuratius, quam vulgo fit, definire. Scilicet deſcendit haec vox ab ἀλφάνω, quod exponunt *inuenio*; vnde ἀλφὴ eſt *inuentio*, ſeu *inuentum*. Quum igitur Lycophron eam vſurpet *primum* de *raptu virginum*, ad quem opus eſt magna calliditate, machinatione, et apparatibus, ne ante tempus prodatur conſilium, aut in ipſo actu impediatur per vim aut machinas contrarias, *deinde* de *modis vitae ſuſtentandae*, ad quos reperiendos magna ſollertia ingenii requiritur,

vt

Poſt vero pugnabunt conſobrini,
A ſobrinis auibus propulſare nuptias
Violentas rapinasque cognatorum
Volentes, in raptus indotati ſupplicium.
Multa certe iacula Cnecei fluentum
Aquilarum iacta videbit audacia,
Incredibilia et ſtupenda Pheraeis auditu.
Alter quidem cauum cornu feriens truncum
Quercus nigrae. geminorum perdet alterum,
Leonem cum tauro praelium committentem.
Alter autem venabulo latera rumpens bouis,
In ſolum proſternet: in hunc vero ſecundum

In-

humi proſternet, Pollucem denique Idas nouo ictu petet, arrepta a patris Apharei tumulo columna.

vt varietas exſiſtat; luculenter apparet, notionem primariam τῦ ἀλφαίνειν et ἀλφῆς non eſſe ſimpliciter *invenire*, ſed cum additamento *callide ac ſollerter inuenire*, adeoque non eſſe Synonymum τῦ εὑρίσκειν, ſed potius τῦ μηχανᾶσθαι. Quod ideo hic monere viſum eſt, vt inde Lexica vulgaria emendari poſſint. R.

550 Κνηκείων) Laconiae fluuii, ad quem pugna commiſſa. Pheraeos nominat Laconas, quamuis Pherae ſit Arcadiae ciuitas; nam ex Arcadia profecti primum dicuntur Lacones.

553 Ὁ μὲν) Idas; is enim Caſtorem cum Lynceo pugnantem occidit, feriens quercus truncum, quem ille ſibi pro clypeo praetendebat; erat enim δρυὸς ἐν κεκλέχει ἥμενος, vt canit Pindarus.

556 Ὁ δ' αὖ) Pollux, qui Lynceum proſternit. Pollucem deinde Idas ictu ſecundo (nam primo Caſtorem petierat) aggreditur, arrepta de vicino patris tumulo columna; ſiquidem Amyclaeum ſepulcrum hic pro Laconio ſumitur: erat autem Aphareus natione Lacon.

559 Ἄγαλμα) Elegantiſſime Pindarus:

Ἔνθεν ἑρπάξαντες ἄγαλ
μα ἴδα, ξεσὸν πέτρον,
ἔμβαλον στέρνῳ Πολυδεύ-
κεος, ἀλλ' ἄ νιν φλάσαν,

quos

Πληγὴν ἀθαμβὴς κριὸς ἐγκορύψεται,
Ἄγαλμα πήλας τῶν Ἀμυκλαίων τάφων.
Ὁμοῦ δὲ χαλκὸς καὶ κεραύνιοι βολαὶ
Ταύρους καταξανοῦσιν, ὧν ἀλκην ἑνὸς
Οὐδ' ὁ Σκιαστὴς Ὀρχιεὺς Τελφούσιος
Ἐμέμψατ', ἐν χάρμαισι ῥαιβώσας κέρας.
Καὶ τοὺς μὲν ᾅδης, τοὺς δ' ὀλύμπιοι πλάκες
Παρ' ἦμαρ αἰεὶ δεξιώσονται ξένους,
Φιλαυθομαίμους, ἀφθίτους τε καὶ φθιτούς.
Καὶ τῶν μεν ἡμῖν εὐνάσει δαίμων δόρυ,
Βαιόν τι μῆχαρ ἐν κακοῖς δωρούμενος.
Ἄλλων δ' ἄπλατον χειρὶ κινήσει νέφος,

Ὧν

v. 560. Sed non modo Pollux superstes ferro se defendet, verum etiam Iupiter, hac Idae impietate motus, fulmine duos Apharidas prosternet; e quibus Idas tam fortis fuerat, vt ipse Apollo eius sagittas senserit, cum de Marpessa, Eueni filia, inter se contenderent.

quos versus ita ludibundi exprimebamus:

Vnde correptum decus inferium, laeuem petram, pectus in Pollucis agere, tamen citra malum.

Theocritus quoque Dioscuris non minus venuste,

Ἦ γὰρ ὄγε στάλαν Καφαρηΐου ἐξανέχουσαν
Τύμβῳ ἀναῤῥήξας ταχέως Μεσσάνιος Ἰδας,
Μέλλε κασιγνήτοιο βαλεῖν σφετέροιο φονῆα.
Ἀλλὰ Ζεὺς ἀπάμυνε, χερῶν δέ οἱ ἔκβαλε τυκτὰν
Μάρμαρον, αὐτὸν δὲ φλογέῳ συνέφλεξε κεραυνῷ.

Reliquam pugnae seriem, non omnino cum nostra conuenientem, apud illum, qui volet, videat.

560 Ὁμοῦ δὲ) Iupiter, conspecta Idae impietate, qui paternum sepulcrum violaret, fulmine ipsum vna cum fratre percussit, Polluce interim ferro rem agente; is enim superstes remanserat.

561 ἑνὸς) Idae, qui cum Apolline de Marpessa, Eueni filia, sagittis contendit, idque victoria dubia. Propert.

Non Idae et cupido quondam discordia Phoebo
Eueni patriis filia littoribus.

Sciastes Apollo ab Arcadibus, (est enim Scias Arcadiae

Intrepidus ictum aries incutiet,
Columnam vibrans Amyclaei sepulcri.
Simul autem ferrum et ictus fulminei
Tauros conterent, quorum vnius vires
Ne Sciastes quidem Orchieus Telphusius
Contemsit, in pugna curuato cornu.
Et hos quidem infernus, illos vero coelestes regiones
Alternis diebus hospites excipient,
Fratrem amantes, mortalesque et immortales.
Ac horum quidem nobis hastam Iupiter sopiet,
Paruum quoddam praestans in malis solatium:
Aliorum autem intractabilem mouebit nubem,
Quo-

v. 564. Hos igitur infernus, illos vero (Dioscuros) astra habebunt, vbi alternatim orientur et occident.

v. 567. Ab his igitur nobis Troianis nihil erit metuendum, sed tanto plus a caeteris Graecis, qui quidem nobis adeo infensi sunt, vt eos ne Anius quidem, Rhoeonis filius, adducere possit, vt apud se in Delo insula maneant, etsi promittat in ipsos nouem annos toti eorum exercitui lautum victum, quantuscunque demum eorum numerus sit, qui ad Inopum (Deli fluuium, Nilo similem) commorari vellent.

diae regio) Orchieus a Laconibus colitur, Telphusius a Boeotis, quanquam hic Τιλφόσιος malim secundum Pausan. legere; illud etenim etiam Arcadibus conuenit, vt infra dicetur.

564 Καὶ τὰς μὲν) Aphari-das. *illos*, Dioscuros, qui alternis diebus in coelo, vt notum est, versantur.

569 Ἄλλων δ') Graecorum, qui magno numero ad Troiam venient. Rhoeonis filius fuit Anius, rex Deli, qui Graecos ad insulam suam appellentes detinere voluit, donec Troiae capiendae tempus a diis praestitutum, quod erat annorum decem, veniret: interim se vini, frumenti, oleique illis affatim suppeditaturum promittens. Dictys vero promissis iis etiam facta adiungit extremo secundo: *Ceterum frumenta, vinum, aliaque sibi necessaria Anius et eius filiae praebuere, quae Oenotropae et diuinae religionis antistites memorabantur.*

Ὧν δ' ὁ Ῥοιᾶς ἶνις εὐνάζων μένος
Σχήσει τὸν ἐννέωρον ἐν νήσῳ χρόνον,
Μίμνειν ἀνώγων, θεσφάτοις πεπεισμένους,
Τροφήν τ' ἀμεμφῆ πᾶσι τριπτύχους κόρας
Ἴσκων παρέξειν, Κυνθίαν ὅσοι σκοπὴν
Μίμνοντες ἠλάσκασιν Ἰνωπῆ πέλας,
Αἰγύπτιον Τρίτωνος ἕλκοντος ποτόν.
Ἃς δὴ Πρόβλασος ἐξεπαίδευσε θρασὺς
Μυληφάτε χιλοῖο δαιδαλευτρίας,
Ἔρπιν τε ῥέζειν ἠδ' ἀλοιφᾶον λίπος,
Οἰνοτρόπους Ζάρηκος ἐκγόνους φάβας.
Αἳ καὶ στρατῆ βάπειναν ὀθνείων κυνῶν
Τρύχωσαν ἀλθανῆσιν, ἐλθοῦσά ποτε
Σιθῶνος εἰς θυγατρὸς εὐνασήριον.
Καὶ ταῦτα μὲν μίτοισι χαλκέων πάλαι

Στρόμ-

v. 577. Nam filias ſuas tres, Oeno, Spermo, et Elaidem, a Bacho habere hoc, vt vini, frumenti, et olei efficere, quantum velint, poſſint. Atque hae etiam reuera ab Agamemnone ad promontorium Sigeum arceſſitae, famem Graeci exercitus ſedabunt.

574 Κυνθίαν) Deli, vnde et Apollo Cynthius. Inopus Deli fluuius ſeu fons eſt, qui vna cum Nilo flantibus Eteſiis incrementum accipit, vt et Clepſydra, fons arcis Atticae: vnde creditus eſt occultam ab illo originem ducere. Problaſtus dictus eſt Bacchus, cui ante vites germinantes fiebat ſacrum; idem et audax vocatur de vini effectu. Ceterum Bacchus, vt ad hiſtoriam veniamus, Anii, abnepotis, tribus filiabus (hae Oeno, Spermo, Elais vocabantur) hoc donum conceſſerat, vt, quandocumque vellent, vinum, triticum et oleum ſuppeditare poſſent, ſingulae ſingula, prout nominis ipſarum ferebat notatio. Totam hiſtoriam breuiter apud Ouid. lib. XIII. deſcriptam reperies.

580 Οἰνοτρόπους) Phabs auis eſt de columbarum genere. Appellat Anii filias aues viniferas, ſicut antea Phoe-

Quorum neque Rhoeonis filius mitigans impetum
Cohibebit, nouennale in insula tempus
Manere iubens, oraculis persuasos,
Annonamque omnibus abundantem tres puellas
Dicens praebituras, quicumque Cynthiam speculam
Manentes pererrabunt Inopum iuxta,
Aegyptium Nili trahentem liquorem:
Quas Problastus audax docuit,
Molitae alimoniae concinnatrices,
Vinumque facere, et vnctoriam pinguedinem,
Viniferas aues, Zarecis neptes:
Quae et exercitus canum immodicam famem
Confectricem curabunt aliquando,
Ad Sithoniae prolis accedentes sepulcrum.
Atque haec quidem iamdiu staminibus durorum
Voluunt

v. 584. Haec itaque omnia dudum a Parcis sic destinata sunt.

Phoenicem κερστρόφον πάγερον dixit: nisi quis putet ad Oenades columbas alludum esse. Stephanus quidem Ἀνανίς cuiusdam, τὰ πατρὸς τῶν οἰνοτρόπων meminit: quod an ex Ἀνίς corruptum affirmare debeam, nescio. Alius etiam grammaticus Δωρίπτης, μητέρος τῶν οἰνοτρόπων, et Anii vxoris mentionem facit. Jam Zarex quia Rhoeonem post Anium ex Apolline et ipsa natum, in vxorem duxit, auus appellatur filiarum Anii, quomodo Amphitruo Herculis pater est putatus. De Rhoeone plura memorat Siculus fol. 229. editionis Graecae.

581 Aî καὶ) Agamemnon, exercitu suo fame laborante, filias Anii curauit arcessendas. Canes dicit Graecos. Sithonia proles fuit Rhoetea, de quadictum est Rhoeteum promontorium, quod aliter Sigeum nuncupatur. Fuit et vrbs huius nominis in Troade.

Στρόμβων ἐπιῤῥοιζῆσι γηραιαὶ κόραι.
Κηφεὺς δὲ καὶ Πράξανδρος, ἐ ναυκληρίας
Λαῶν ἄνακτες, ἀλλ' ἀνώνυμοι σποραὶ,
Πέμπτοι τέταρτοι γαῖαν ἵξονται θεᾶς
Γόλγων ἀνάσσης. ὧν ὁ μὲν, Λάκων' ὄχλον
Ἄγων Θεράπνης, θάτερος δ' αἰπ' Ὠλένε
Δύμης τε Βυραίοισιν ἡγεμὼν στρατῷ.
Ὁ δ' Ἀργυρίππαν Δαυνίων παγκληρίαν
Παῤ Αὐσονῖτιν Φυλαμὸν δομήσεται,
Πικρὰν ἑταίρων ἐπτερωμένην ἰδὼν

Οἰωνό-

v. 586. *Quartus* denique et *quintus Praxander* et *Cepheus*, paullo ignobiliores, in Cyprum venient, ille quidem e Laconia, hic autem ex Achaia, oriundus.

585 γηραιαὶ κόραι) Parcae. Haec, inquit, ita sunt a fatis constituta. Sic Ouid.

— veterum decreta sororum.

588 Πέμπτοι τέταρτοι) Quoniam simul ambo venerunt, vterque quintus aut quartus dici potest: siquidem tres praecesserunt, et hi duo postremi simul quinarium implent numerum. Sic Horat.

Si quadringentis sex septem millia desunt.

Nec aliter Cicero quodam loco, et Lucretius lib. IV. Quin et apud Terent. Eunucho sic legendum credo:

Illum liquet mihi deierare his mensibus

Sex septem prorsum non vidisse proximis:

extrita particula *vel* Golgorum regina est Venus, cuius terra Cyprus.

589 Ὁ μὲν) Praxander, Lacon. Therapne vrbs est Laconiae.

590 θάτερος δ') Cepheus, Achiuus. Notant autem grammatici, θάτερος pro ἄτερος barbare dici, quamuis eo Lycophron, et alii quidam vtantur. Olenus et Dyma sunt vrbes Achaicae. Bura quoque vrbs quondam in Achaia fuit, hiatu terrae post absorpta.

592 Ὁ δ') Ingreditur historiam Diomedis, qui ex Aetolia aufugiens, in Dauniam siue Apuliam venit, ibi-

Voluunt ſenes puellae turbinum.
Cepheus autem et Praxander, non militaris
Claſſis ductores, verum ignobiles genere,
Quinti quarti venient in terram deae
Golgorum reginae: alter quidem Laconicam turbam
Ducens a Therapne, alter vero ab Oleno
Et Dyma Buraei ductor exercitus.
Alius Argyrippam, Dauniorum poſſeſſionem,
Iuxta Phylamum Auſoniam exſtruet,
Amaram ſociorum conſpicatus alatorum

v. 592. Alius, *Diomedes*, in Italia Argyrippam vrbem apud Phylamum condet, poſtquam ſocios in aues viderit transformatos, h. e. cygnos, qui, piſcatorum more, piſcibus inhiantes, habitabunt in inſula Diomedea, nidos ſibi facientes ad collem, veluti Zethus, qui ruri habitauit.

ibique Argyrippam vrbem, patriae ſuae cognominem, ſiue Argos hippion, ſiue Arpos condidit. Vt enim ſcribit Strabo, ἐκαλεῖτο δ' ἐξαρχῆς ἀργυρόϊππιον, εἶτ' ἀργυρίππα, εἶτα νῦν ἄρποι, quam quidem nominum mutationem vetuſtatis corruptelae tribuit Seruius. Auſonius:

Argyripam, clarosque viris qui condidit Arpos,
Clarior vrbe noua, patriae quam ſede vetuſta.

Phylamus quid ſibi velit, nondum potui inuenire. Scio equidem, Stephanum pro φύλαμον legere πύραμον, ſed nec hoc ad rem quicquam; aliis igitur hac de re poſt nos inquirendum relinquimus.

594 Πικρὰν ἑτκίρων) Diomedis ſocii in aues mutati dicuntur (quanquam Ariſtoteles canum, non auium facit mentionem) ab aliis in ardeas, ab aliis (quos et Lycophron ſequitur) in cygnos. Ouidius his arbitrum ſe interponit:

Si, volucrum quae ſit dubiarum forma, requiris:
Vt non cygnorum, ſic albis proxima cygnis.

Cauſam quoque transformationis ibidem habes. Pro ἐπτερωμένην malim ἐπτερωμένων, gignendi caſu.

599

Οἰωνόμικτον μοῖραν, οἳ θαλασσίαν
Δίαιταν αἰνήσασι, πορκέων δίκην,
Κύκνοισιν ἰνδαλθέντες εὐγλήνοις δομήν.
Ῥάμφεσσι δ' ἀγρώσσοντες ἑλλόπων θορούς,
Φερώνυμον νησῖδα νάσονται πρόμῳ,
Θεατρομόρφῳ πρὸς κλίτει γεωλόφῳ
Ἁγιοπλασήσαντες ἐμπέδοις τομαῖς
Πυκνὰς καλιὰς, Ζῆθον ἐκμιμούμενοι.
Ὁμῶ δ' ἐς ἄγραν καὶπὶ κοιταίαν νάπην
Νύκτωρ σελοῦνται, πάντα φεύγοντες βροτῶν
Κάρβανον ὄχλον, ἐν δὲ Γραικίταις πέπλοις
Κόλπων ἰαυθμοὺς ἡθάδας διζήμενοι,
Καὶ κρίμνα χειρῶν καὶπιδόρπιον τρύφος
Μάζης σπάσονται, προσφιλὲς κνυζώμενοι,
Τῆς πρὶν διαίτης τλήμονες μεμνημένοι.
Τροιζηνίας δὲ τραῦμα Φοιτάδος πλάνης
Ἔσαι κακῶν τε πημάτων παραίτιον,
Ὅταν θρασεῖα θερὰς οἰστρήσῃ κύων
Πρὸς λέκτρα. τύμβος δ' αὐτὸν ἐκσώσει μόρᾳ
Ὁπλοσμίας, σφαγαῖσιν ηὐτρεπισμένον.

Ko-

v. 603. Simul noctu ad venandum exibunt, barbaros fugient, Graecos autem amabunt, vt adeo in eorum ſinu dormiant, et e manibus eorum panis fruſtula capiant, vitae prioris memores.

599 φερώνυμον) Diomedeam dictam, et apud Ionium ſinum ſitam. Zethum porro Amphionis fratrem, paſtorem egiſſe ruri, nemini eſt ignotum.

603 Ὁμῶ δ') Deſcribit auium diaetam, quae Graecos ament, et ex ipſorum manibus cibum capiant, atque in veſtium ſinubus cubent: barbaros autem auerſentur, quod idem de canibus refert Ariſtoteles. Priorem victum vocat, quo ante transformationem vtebantur. Si quis malit πάσονται, Comedent exponat.

610 Τροιζηνίας) Veneris, cui Troezene templum Phaedra dedicauit, ſecundum alios, Athenis in arce, idque

Auibus miſtam ſortem, qui marinam
Laudabunt vitam piſcatorum more,
Oloribus aſſimilati pulcroculis.
Roſtris autem venantes piſcium ſpumas,
Cognominem principis habitabunt inſulam,
Theatriformem iuxta collem editum
Certis compingentes ſectionibus
Denſos nidos, imitatione Zethi.
Simul porro ad venationem et nocturnum ſaltum
Noctu proficiſcentur, omnem fugientes
Barbaram turbam, ſed in Graecis veſtibus
Sinuum dormitoria ſolita quaerentes:
Polentamque et de prandio fruſtum panis
Ex manibus capient, amabiliter ganniendo,
Prioris victus miſeri memores.
Troezeniae autem vulnus erit vagi
Erroris cauſa, triſtiumque cladium,
Quando audax laſciua canis ſtimulabitur
Ad concubitum, templumque illum Hoploſmiae
A morte ſeruabit, neci paratum.

v. 610. Cauſa vero erroris Diomedi erit haec, quod Venerem ad Troiam vulnerauit, quae, hinc ei irata, vxorem eius, Aegialeam, adulteram fecit. Quae ei cum inſidias ſtruxerit, ille, in Iunonis templum confugiens, eas vitabit.

idque amore Hippolyti, Troezene degentis. Venus autem quum a Diomede vulnus accepiſſet, vt ex Homero liquet, vxorem eius adulteram reddidit, ipſique Troia redeunti inſidias coëgit collocare; quod quum animaduertiſſet Diomedes, in Iunonis templum primo confugit, et inde mox in Dauniam ſe contulit, vbi poſtea fuit a Dauno rege interfectus.

612 κύων) Aegialea, quae Diomedem reuerſum ad concubitum alliciebat, quo facilius occideret. Hoplosmia Iuno ab Eleis colitur, in cuius templum aufugiens Diomedes, ſeruatur.

615

Κολοσσοβάμων δ' ἐν πτυχαῖσιν Αὐσόνων
Σταθεὶς, ἐρείσει κῶλα χερμάδων ἔπι
Τᾶ τειχοποιᾶ δαπέδων Ἀμοιβέως,
Τὸν ἑρματίτην νηὸς ἐκβαλὼν πέτρον.
Κρίσει δ' Ἀλαίνᾳ τᾶ κασιγνήτᾳ σφαλεὶς,
Εὐχὰς ἀρέραις ἀμφετητύμους βαλεῖ,
Δηᾶς ἀνεῖναι μή ποτ' ὄμπνιον σάχυν,
Γυίας τιθαιβώσσοντος ἀρδηθμῷ Διὸς,
Ἢν μή τις αὐτᾶ ῥίζαν Αἰτωλῶν σπάσας,
Χέρσον λαχήνῃ, βασὶν αὔλακας τεμών.
Στήλαις δ' ἀκινήτοισιν ὄχμάσει πέδον,
Ἂς ἤτις ἀνδρῶν ἐκ βίας ἀαυχήσεται
Μετοχλίτας ὀλίζον. ἦ γὰρ ἀπτέρως

Αὐ-

v. 615. Et quia, cum in Italiam venerit, draconem Colchicum interficiet, ſtatua ipſi erigetur e lapidibus iis, e quibus olim Neptunus muros Troiae exſtruxerat, et quorum aliquos Diomedes, e Troia redux, in nauem ſuam, loco ſaburrae, impoſuerat.

615 Κολοσσοβάμων) Quum enim in Apuliam veniſſet Diomedes, et Colchicum draconem, qui totam regionem vaſtabat, interfeciſſet, ſtatuae ipſi publice ſunt erectae. Dicitur autem κολοσσοβάμων, qui columnam conſcendit: vt ἱπποβάμων, qui equum. Membra in ſaxis fulcire, Hypotypoſis eſt τᾶ κολοσσοβάμονος.

617 Τᾶ τειχοποιᾶ) De quibus lapidibus columnae ſint erectae, exponit, iis videlicet, quos Diomedes in patriam reuerſurus in nauem pro ſaburra impoſuerat, de moenibus Troianis ſumtos. Itaque vocantur ſolum Neptuni, quod iis ille moenium Troianorum fundamenta iecerit; a qua quidem ſtructura Architectus appellatur. Amoebei nomine Delphis colitur, ob tranſmutatos cum Apolline Delphos (id erat antea Neptuni oraculum) pro Calabria, quae ante Troezenem eſt. De hermate (vnde fit ἑρματίτης, ſicut ab ἅρμα ἁρματίτης, a δῶμα δωματίτης,) vide Feſtum.

619 Ἀλαίνᾳ) Quum in Italiam veniſſet Diomedes, eius

Columnifcenfor autem in Italorum territorio
Stans, membra fulciet in faxis,
Solo Architecti Amoebei,
Saburratoribus expofitis e naui lapidibus,
At Alaeni iudicio fratris deceptus,
Veras immittet aruis preces,
Vt nunquam Cereris almam emittant arifiam,
Arua nutricante imbribus Ioue,
Nifi quis Aetolus, ab ipfo trahens originem,
Terram fodiat, bubus profcindens fulcos.
Columnis autem immotis terram continebit,
Quas nemo per vim gloriabitur
Vel parum dimouiffe; etenim cito

v. 619. Ipfe, in Italia, cum Dauno opem tulerit, in diiudicanda mercede a fratre Alaeno laefus, (qui ob amatam Dauni filiam, Euippen, Dauno magis fauebit) diras Dauni terris imprecabitur, vt fteriles femper fint, nifi quis Aetolus, h. e. e ciuibus ac pofteris Diomedis, eas aliquando incolat.

eius auxilio Daunus in bello, quod tum gerebat, conficiendo vfus, promiferat fe illi vel regionem totam, quam cepiffet, vel bellicam praedam omnem daturum, prout frater eius, Alaenus, arbiter conftitutus, cenfuiffet. Alaenus autem quum Euippen, Dauni filiam, amaret, Dauno regionem, fratri fpolia adiudicauit. Feftus tamen Diomedis camporum meminit.

620 Εὐχαὶς) execrationes, quae poftea propter efficaciam in prouerbium venerunt. Similiter Horat. de puero:

Miſit Thyeſteas preces.

arua, intellige Daunia.

623 Ἢν μή τις) nifi ab aliquo eius gentili poffideantur et colantur.

625 Στήλαις) ftatuis ipfi pofitis, quae quamuis poft eius mortem in mare fuerint proiectae iuffu Dauni, propter execrationes irati, rurfum tamen in fummam aquam enatantes, ad baſim fuam redierunt; quapropter heic immotae vocantur.

627

Αὐταὶ παλιμπόρευτον ἴξονται βάσιν
Ἀνδηρὰ ἀπέζοις ἴχνεσι δατούμεναι.
Θεὸς δὲ πολλοῖς αἰπὺς αὐδηθήσεται,
Ὅσοι παρ' Ἴδης γρῶνον οἰκοῦνται πέδον,
Δράκοντα, τὸν φθείραντα Φαίακας, κτανών.
Οἱ δ' ἀμφικλύστους χοιράδας Γυμνασίας
Σισυρνοδύται καρκίνοι τε πεπλευκότες
Ἀχλαινον ἀμπρεύσασι νήλιπον βίον,
Τριπλαῖς δικώλοις σφενδόναις ὡπλισμένοι.
Ὧν αἱ τεκοῦσαι τὴν ἑκηβόλον τέχνην
Ἄδορπα παιδεύσουσι νηπίους γόνους.
Οὐ γάρ τις αὐτῶν ψίσεται πύρνοι γνάθῳ,

Περὶν

v. 625. Statuas autem, ipsi positas, nemo poterit euertere, quia, etsi a Dauno, ob illas diras irato, in mare fuerint proiectae, tamen in aquam summam enatantes, ad basin suam redibunt. Quare et ipse, ob occisum Phaeacum draconem, ab his pro Deo colitur.

627 ἀπτέρως) Schol. ὁμοπτέρως, ταχέως, vt sit τὸ ἀεπιτατικὸν, *quasi multas alas habeant.* Sed quid si σερεπτικῶς et visitatius ita exponamus: *etsi alas non habebunt, tamen celeriter redibunt.* Certe hoc simplicius mihi videtur. R.

630 Θεὸς δὲ) Diomedes mortuus pro deo habitus est a Phaeacibus, propter occisum draconem. Ionis solum, nuncupat mare Ionium ab Ione denominatum, quod etiam Aeschylus Prometheo videtur sentire, qui ad Ionem sic ait:

Χρόνον δὲ τὸν μέλλοντα πόντιος μυχὸς,
Σαφῶς ἐπίσασ', Ἰόνιος κληθήσεται,
Τῆς σῆς πορείας μνῆμα τοῖς πᾶσι βροτοῖς· id est,
In posterum tempus marinus hic sinus,
Certo scias, Ionius appellabitur,
Erroris omnibus tui memoria.

633

Ipſae reducem ibunt greſſum,
Mancis terentes litora veſtigiis.
Magnus vero a multis deus appellabitur
Iuxta cauum Ionis habitantibus ſolum,
Dracone, perdente Phaeacas, occiſo.
Alii ad mari cincta Gymneſia
Veſtibus induti villoſis cancri nauigantes,
Nudam trahent diſcalceatam vitam,
Tribus bifunibus inſtructi fundis:
Quorum matres iaculandi artem
Docebunt infantes ante coenam filios.
Nullus enim illorum maxillis panem mandet,

v. 633. Alii, *Boeoti*, ad inſulas Baleares nauigantes, veſtitu villoſo vtentur, et fundis quisque tribus (in collo, latere, et manu) inſtructi ibunt, iam a matribus ita educati, vt cibum capere iis non liceret, niſi metam propoſitam funda tetigiſſent.

633 Οἱ δ') Ad Boeotorum hiſtoriam tranſit; ii veſtibus villoſis more patrio vtebantur; σισύρνα enim eſt μαλλωτὸν σῶμα, ſecundum Ariſtophanis Schol. non ἄτριχον δερμάτιον, vt vult noſter Tzetzes. Gymneſiae inſulae ſunt in Iberia, quas Baleares vocant, in his funditores optimi.

636 Τριπλαῖς) quarum vna pendet a collo, altera ſunt accincti, tertiam manu tenent; ac vocat bifunes fundas propter funes duos, qui ſunt in fundae pede, vt ita dicam, quibusque inſeruntur funditoris digiti.

639 Οὐ γάρ τις) Diodorus lib V. προκειμένης σκοπῆς κατά τι ξύλον ἠρτημένης ἄρτου, ὃ πρότερον δίδοται τῷ μελετῶντι φαγεῖν, ἕως ἂν τυχὼν τοῦ ἄρτου, συγχωρούμενον λάβῃ παρὰ τῆς μητρὸς καταφαγεῖν τοῦτον.

642

Πρὶν ἂν κρατήσῃ ναὸν εὐσόχῳ λίθῳ,
Ὑπὲρ τράφηκος σῆμα κείμενον σκοπᾶ.
Καὶ τοὶ μὲν ἀκτὰς ἐμβατήσονται λεπρὰς
Ἰβηροβόσκους ἄγχι Ταρτήσσοῦ πύλης,
Ἄρνης παλαιᾶς γέννα, Τεμμίκων πρόμοι,
Γραῖαν ποθοῦντες καὶ Λεοντάρνης πάγους,
Σκῶλόν τε καὶ Τέγγυραν, Ὀγχηστῷ θ' ἕδος,
Καὶ χεῦμα Θερμώδοντος, Ὑψάρνε θ' ὕδωρ.
Τὰς δ' ἀμφὶ Σύρτιν καὶ Λιβυσικὰς πλάκας,
Στενήν τε πορθμῷ συνδρομὴν Τυρσηνικοῦ,
Καὶ μιξόθηρος ναυτιλοφθόρους σκοπάς,
Τῆς πρὶν θανάσης ἐκ χερῶν Μηκιστέως
Τῷ σερφοπέπλῳ Σκαπανέως Βοα ἵδα,
Ἀρπυιογούνων κλώμακάς τ' ἀηδόνων
Πλαγχθέντας, ὠμόσιτα δαιταλωμένους,
Πρόπαντας ἅδης πανδοκεὺς ἀγρεύσεται,
Λώβαισι παντοίαισιν ἐσπαραγμένους,

Ἕνα

v. 642. Atque hi omnes e variis Graeciae locis, ex Arne, Graea, Leontarne, Scolo, Tegyra, Oncheſto, vrbibus, Thermodonte vero et Hypſarno, fluuiis, in illas regiones occidentales, prope fretum Herculeum, venient,

642 Καὶ τοὶ μὲν) Boeoti. Iberiferas ripas dicit, quod in Iberia ſitae ſint Baleares inſulae. Tarteſus vrbs eſt, et inſula et fluuius Iberiae apud Herculis columnas, inter quas anguſtum quod eſt oſtium, id heic porta dicitur.

644 Ἄρνης παλαιᾶς) id eſt, e Boeotia oriundi; eſt enim Arne Boeotiae vrbs, poſtea Chaeronea dicta. Temmices quia olim Boeotiam incolucrunt, heic pro Boeotis ponuntur. Graea (nunc integre Tanagra dicitur) Leontarne, Scolus, Tegyra, Oncheſtus, Boeotiae ſunt oppida. Oncheſtum quidem Neptuni filius Oncheſtus incoluit. Thermodum ſimiliter et Hypſarnus, fluvii Boeotiae.

648 Τὰς δ') Ad Vlyſſis et ſociorum errores longa narratione exponendos nunc pergit Caſſandra; illi etenim

Antequam eum certo aſſequatur lapide,
Super ligno ſcopi ſignum poſitum.
Atque illi quidem ripas conſcendent aſperas
Iberiferas, iuxta Tarteſi portam,
Arnes vetuſtae ſoboles, Temmicum duces,
Graeam deſiderantes et Leontarnes colles,
Scolumque et Tegyram, Oncheſtique ſedem,
Ac Thermodontis fluentum, Hypſarnique aquam;
Alios circa Syrtin et Libyae aequora,
Anguſtumque freti Tyrrheni concurſum,
Et ſemiferae naufragas ſpeculas,
Prius interfectae manibus Meciſtei
Leoninam induti Foſſoris Bubulci,
Et auiformium ſcopulos luſciniarum
Vagatos, crudeliter laceratos
Orcus omnes capax capiet,
Cladibus omnigenis excruciatos,

Vnum

v. 648. Alii (*Vlyſſes cum ſociis*) circa Syrtim et Libycum mare, itemque fretum Siculum, vbi Scylla, ab Hercule interfecta, nautis inſidiatur, et Sirenum ſcopuli ſunt, circumuagantes, crudeliter lacerati a Polyphemo, peribunt, eosque omnimode excruciatos orcus capiet,

etenim primum circa Syrtes errarunt, quae ſunt in mari Libyco. Fretum deinde intelligit, quod eſt inter Adriaticum et Tyrrhenum maria.

650 Καὶ μιξόθηρός) Scyllae, quam ab Hercule interfectam, ac deinde reſuſcitatam fuiſſe, initio docuimus. Meciſteus Hercules ab Eleis Meciſtiis colitur, videturque idem, qui Maciſtus Strabonis; foſſorem etiam vocat, propter Augiae ſtabulum: bubulcum quoque, propter boues Geryonios, quos abegit.

653 Ἀηπυιαγένων) Sirenum, quae quia parte inferiori ſunt aues, videntur ex harpyiis, ſeu auibus (nam ſpecies heic vſurpatur pro genere, quum infra ὀρνιθόπαιδος ἴσμα dicat) prognatae, quamquam ſunt Acheloi filiae ac Terpſichores. Crudeliter laceratos intellige a Polyphemo.

657

Ἕνα φθαρέντων ἄγγελον λιπὼν φίλων,
Δελφινόσημον, κλῶπα Φοινίκης θεᾶς.
Ὃς ὄψεται μὲν τῷ μονογλήνῳ στέγας
Χάρωνος, οἴνης τῷ κρεωφάγῳ σκύφον
Χερσὶ προτείνων, τοὐπιδόρπιον ποτόν.
Ἐπόψεται δὲ λείψανον τοξευμάτων
Τῶ Κηραμύντᾳ Πευκέως Παλαίμονος.
Οἳ πάντα θρανύξαντες εὐτόρνῳ σκάφει,
Σχοίνῳ κακὴν τρήσασι κεσρέων ἄγρην.
Ἄλλος δ' ἐπ' ἄλλῳ μόχθος ἄθλιος μενεῖ,
Τῷ πρόσθεν αἰεὶ πλεῖον ἐξωλέστερος.

Ποίᾳ

v. 656. nonnisi vnum relinquens, *Vlyssem*, furem Palladii,
v. 658. qui *primum* videbit domum vnoculi Cyclopis, eique vinum ad coenam porriget;

657 Ἕνα) qui solus ex sociis suis omnibus saluus euasit; itaque dicet infra:

Μόνος πρὸς οἴκους ναυτίλων σωθεὶς τάλας.

Caeterum Vlysses delphini signum solebat in clypeo gerere, cuius rei causam tradit Plutarch. πότερα τῶν ζώων φρονιμ. Νήπιος ὢν ὁ Τηλέμαχος, εἰς ἀγχιβαθὲς τῆς θαλάττης ὀλιθῶν ἐσώθη, δελφίνων ὑπολαβόντων καὶ ἀνανηξαμένων. ὅθεν ἐποιήσατο γλυφὴν τῇ σφραγῖδι καὶ τῆς ἀσπίδος κόσμον ὁ πατὴρ, ἀμειβόμενος τὸ ζῶον. Vocat etiam Vlyssem furem Punicae deae, quoniam Palladium furatus est, et Pallas a Corinthiis Punica colitur.

659 Ὃς ὄψεται) Errores Vlyssis quum sint ab Homero copiose descripti, satis nobis erit hoc loco, si summa dumtaxat rerum capita indicemus, ad Homericum fontem limpidissimum lectoribus remissis. Vnoculum dicit Polyphemum Cyclopem.

662 λείψανον τοξευμάτων) Laestrygonas, ab Herculis sagittis reliquos factos. Quum enim Herculem Geryonis boues abigentem spoliare Laestrygones conarentur, ille magnam eorum partem sagittis confecit. Eum cur vocet Alexicacum, notum est. Tedifer appellatur a tedis, quibus ad certamina,

Vnum ex perditis relinquens amicis nuncium
Delphini ſignum gerentem, Punicae furem deae:
Qui videbit primum vnoculi tecta
Leonis, vini carniuoro ſcyphum
Manu porrigens, coenae potum:
Videbit deinde ſagittarum reliquias
Alexicaci Tediferi Palaemonis,
Qui rotundo ligone conterentes omnia,
Iunco malam perforabunt piſcium praedam.
Alius vero poſt alium miſer manebit labor,
Priore ſemper multo pernicioſior.

Quae

v. 662. *deinde* veniet ad Laeſtrygonas (quotquot quidem eorum Hercules ſagittis ſuis non occiderit) qui eius ſocios, tanquam mugiles, deuorabunt;

tamina, in quibus excellebat Hercules, vtebantur: Palaemon autem, quod cum patre Ioue, et cum Antaeo gigante ſit luctatus. Quin etiam Palaemon dictus eſt proprio nomine, vt volunt quidam, antequam Hercules vocaretur.

664 πάντα θρανύξαντες) Vlyſſem videlicet cum ſociis et nauibus. Qui σκάφη mauult, is εὐτόρνῳ quoque in εὔτορνα mutet, atque ita vertat:

Qui rotundas omnes conterentes naues.

Nam quod Scholiaſtes adfert de portu, nequaquam placet. Noſtra quidem interpretatio Alexidis et Antiphanis comicorum teſtimoniis, quae in Athenaeo leguntur, nititur.

665 τρήσουσι) perfodient eos tamquam mugiles, et ita deuorabunt. Expreſſit Homeri verſum:

Ἰχθῦς δ' ὡς πείροντες, ἀτερπέα δαῖτα φέροντο.

665 σχοίνῳ — ἄγρην) Ducta eſt metaphora, vt recte Scholiaſtes obſeruat, a piſcatoribus, qui piſces captos perforatosque colligant iunco, et ſic colligatos aut vendunt, vt alii eos comedant, aut ipſi iis veſcuntur. Ergo vult dicere, Vlyſſis ſocios a Laeſtrygonibus occiſos in modum piſcium ac deuoratos fuiſſe. R.

666 ἄθλιος μενεῖ) Quid ſi hic legamus: ἄθλιον, vt

ad

Ποία Χάρυβδις ἐχὶ δαίσεται νεκρῶν;
Ποία δ' Ἐριννὺς, μιξοπάρθενος κύων;
Τίς οὐκ ἀηδὼν σεῖρα Κενταυροκτόνος,
Αἰτωλὶς, ἣ Κερῆτις αἰόλῳ μέλει
Πείσει τακῆναι σάρκας ἀμήνους βορᾶς;
Ποίαν δὲ θηρόπλασον οὐκ ἐσόψεται
Δράκαιναν, ἐγκυκῶσαν ἀλφίτῳ θρένα,
Καὶ κῆρα κνωπόμορφον; οἱ δὲ δύσμοροι
Στένοντες ἄταις ἐν συφοῖσι φορβάδες
Τίγαρτα χιλῷ συμμεμιγμένα τρυγὸς
Καὶ σέμφυλα βρώξουσιν. ἀλλά νιν βλάβης
Μῶλυ σαώσει ῥίζα, καὶ Κτάρος φανεὶς
Νωνακριάτης, Τρικέφαλος, Φαιδρὸς θεός.
Ἥξει δ' ἐρεμνὸν εἰς ἀλίπεδον φθιτῶν,
Καὶ νεκρόμαντιν πέμπελον διζήσεται

Ἀν-

v. 666. *Exinde* alias post alias aerumnas experietur, semperque maiores. Quae Charybdis cadauera non vorabit? Quaeue Scylla? Quae Siren eum non cantu suo detinebit in vno loco, vt fame tabescat?

ad Vlyssem referatur? praesertim cum μόχθος in altero versu habeat iam adiectiuum ἐξωλέστερος. Miror nemini editorum adhuc in mentem venisse, ita legere. R.

668 Ποία) Enumerat pericula, quae subiit Vlysses. Semiuirginem canem intelligit Scyllam. Luscinias vocat Sirenes, vt ante fecerat; eae steriles dicuntur, quia virgines. Centauricidae, quod ad ipsas delati Centauri, postquam e Thessalia fuerant ab Hercule exacti, perierint: Aetolicae vel Acarnaniae, quod ipsarum, siue patris Acheloi regio inter Aetoliam et Acarnaniam sit media, nec magis ad hanc, quam ad illam, pertinere videatur.

672 πείσει) id est, cantu suo persuadere conabitur Vlyssi cum suis, vt ad ipsius saxa perpetuo cantilenis aures praebentes fame denique contabescant. Ferarum formatricem, et noxam monstriformem dicit Circen, quae socios Vlyssis transformabat.

677

Quae non Charybdis vorabit cadauera?
Quaeue furia, ſemiuirgo canis?
Quae non luſcinia ſterilis Centauricida,
Aetolica vel Acarnania, cantu molli
Suadebit carnes expertes pabuli tabefieri?
Quam ferarum formatricem non videbit
Serpentem, farinae venena miſcentem,
Noxamque monſtriformem? infelices autem
Gementes in haris infortunia ſues,
Acinos vuarum cibo permiſtos
Et cortices comedent, ipſum vero a clade
Moly ſeruabit radix, et Ctarus apparens
Nonacriates Triceps Pulcer deus.
Ibit hinc in mortuorum nigrum campum,
Maniumque vatem ſenem quaeret,

Mu-

v. 673. Qualem ille ſentiet Circen, monſtrum illud peſtiferum! Socii quidem eius, in ſues mutati, vicem ſuam in haris dolebunt, ſuilla pabula edentes. Ipſum autem ſeruabit *Moly*, radix, quam ei Mercurius dabit.

677 Γίγαρτα) Homerus:
— τοῖσι δὲ Κίρκη
Παρ' ῥ' ἄκυλον βάλανόν τ' ἔβαλε, καρπόν τε κραναίης
Ἔδμεναι, οἷα σύες χαμαιευνάδες αἰέν ἔδουσι.

678 ἀλλάνιν) Vlyſſem, qui ne ſimul cum reliquis transformetur, Moly herba ſe tuebitur, a Mercurio accepta. is heic Ctarus vocatur, vel a poſſeſſionibus et lucris, quibus praeeſt, vel ab inferiis et exequiis, quum ſit νεκυοστόλος. Nonacriates Mercurius in Arcadia colitur, quae Nonacrin vrbem habet. Vocatur quoque Triceps, quoniam tali figura ponebantur in vicis Hermae veterum: et Pulcer, quo nomine a Boeotis colitur, teſte Pauſan. ſic ab Orpheo εὔφρων dicitur. Iam de μῶλυ haec habet Theophraſtus lib. dec. τὸ δὲ μῶλυ περὶ Φαιστὸν γίνεται, καὶ ἐν τῇ Κυλλήνῃ. φασὶ δ' εἶναι καὶ ὅμοιον ὡς Ὅμηρος εἴρηκε, τὴν μὲν ῥίζαν ἔχον στρογγύλην, προσεμφερῆ κρομμύῳ, τὸ δὲ φύλλον ὅμοιον σκίλλῃ. χρῆσθαι δ' αὐτῷ πρός τε τὰ ἀλεξιφάρμακα καὶ τὰς μαγείας. 681

Ἀνδρῶν γυναικῶν εἰδότα ξυνεσίας.
Ψυχαῖσι θερμὸν αἷμα προσράνας βόθρῳ,
Καὶ φασγάνῳ πρόβλημα, νερτέροις φόβον,
Πήλας, ἀκούσει κεῖθι πεμφίδων ὄπα
Λεπτήν, ἀμυδρᾶ μάσακος προσφθέγμασιν.
Ὅθεν γιγάντων νῆσος ἡ μεταφρενον
Θλάσασα, καὶ Τυφῶνος ἀγρίᾳ δέμας
Φλογμῷ ζέουσα, δέξεται μονόσολον.
Ἐν ᾗ πιθήκων πάλμυς ἀφθίτων γένος
Δύσμορφον εἰς κηκασμὸν ᾤκισεν τόσον,
Οἳ μῶλον ὠρόθυναν ἐκγόνοις Κρόνῳ.
Βαιᾶ δ' ἀμείψας τᾶ κυβερνήτᾳ τάφον,

Καὶ

v. 681. *Inde* veniet ad inferos, et foueâ ſanguine repleta vmbras alliciet, enſem ſuum vibrando, ibique cum Tireſia vate coiloquetur, audietque tenuem vocem animarum inferarum.

681 ἀλίπεδον) inferos. Senem intelligit Tireſiam, vtrumque genus expertum. De eo ſic apud Callimachum Pallas:

Καὶ μόνος εὖτε θάνῃ, πεπνυμένος ἐν νεκύεσσι
Φοιτασῆ, μεγάλῳ τίμιος ἀγεσίλᾳ.

Solus praeterea mentis poſt fata vigebit
Vſu, Plutoni carus et hoſpes erit.

683 Ἀνδρῶν γυναικῶν) Legerim ἀνδρῶν γυναικῶν τ' εἰδότα Sed tamen et vulgata lectio ferri poteſt. Vide v. 588. R.

684 προσράνας) ſic enim Circe praeceperat, vide Odyſſ. lib. vndec.

688 Ὅθεν γιγάντων) Ab inferis reuerſus Vlyſſes, in Siciliam venit, ſub qua gigantes cum Typhone oppreſſi iacent.

691 Ἐν ᾗ) Iupiter, interemtis gigantibus, inſulam dedit ſimiis habitandam, a quibus dictae ſunt inſulae Pithecuſae. Ouid.

Inarimen, Prochytenque legit (Aeneas) *ſterilique locatas*
Colle Pithecuſas, habitantum nomine dictas.

Simias etiam a Tyrrhenis Arimos vocari, auctor eſt Strabo. Saturni poſteri ſunt dii.

694 Βαιᾶ) qui fuit Vlyſſis nauclerus, et in Sicilia ſepultus eſt. Cimmerii ſunt apud Oceanum occidentalem. Acheron eſt Heracleae fluuius prope Cumas: Otla, mons Italiae. Leonem dicit

Her

Muliebris et virilis gnarum coitus,
Vmbris calidum aſpergens in fouea ſanguinem:
Et enſis obicem, inferorum terrorem,
Vibrans, audiet illic animarum vocem
Tenuem oris euanidi alloquiis.
Vnde gigantum dorſum inſula
Collidens, corpusque Typhonis efferi,
Flamma feruens recipiet vna cum naue:
In qua ſimiarum genus deorum rex
Deforme collocauit in illorum opprobrium,
Qui tantum bellum Saturni concitarant poſteris.
Baii porro tranſiens nautae ſepulcrum,
Et

v. 688. *Hinc* vna naue in Siciliam inſulam veniet, vbi Gigantes cum Typhone oppreſſi iacent, et vbi Iupiter ſimias ad habitandum collocauit; (vnde Pithecuſae dicuntur)

Herculem, qui Orontem fluuium rupibus ſtrauit, vt boues Geryonios abigeret. Huc pertinent verſus Propertii,

Clauſus ab vmbroſo qua alludit (ſic lego) *pontus Auerno*
Humida Baiarum ſtagna tepentis aquae:
Qua iacet et Troiae tubicen Miſenus arena,
Et ſonat Herculeo ſtructa labore via.

et quae Silius Italicus lib. duod. pluribus explicat,

Vnde ferant nomen Baiae, etc.

Cur Obrimo vocetur Proſerpina, infra dicemus. Collem capacem vocat Apenninum (inepte Scholiaſtes τὸ πολυδέγμων facit nomen proprium) e quo Italiae fluuii oriuntur. Lucanus:

Fontibus hic vaſtis immenſos concipit amnes
Fluminaque in gemini ſpargit diuortia ponti.

Polyb. lib. III. Ἀπέννινος ἐστὶν ὄρος συνεχὲς, ὃ διείργει πάσας τὰς κατὰ τὴν Ἰταλίαν ῥύσεις. Cicer. *Vt ex Apennino flumina, ſic ex communi ſapientium iugo ſunt doctrinarum facta diuortia.*

Lethaeon mons eſt Italiae. Palus Auerna quaedam (ſunt enim plures) iacet prope Cumas: cuius figura quia rotun-

Καὶ Κιμμέρων ἔπαυλα, κἀχερουσίαν
Ῥόχθοισι κυμαίνουσαν οἴδματος χύσιν,
Ὄσσαν τὲ καὶ λέοντος ἀτραποὺς βοῶν
Χωσὰς, Ὀβριμῆς τ' ἄλσος ἐδαίας Κόρης,
Πυριφλεγές τε ῥεῖθρον, ἔνθα δύσβατος
Τείνει πρὸς αἶθραν κρᾶτα πολυδέγμων λόφος.
Ἐξ ἧ τὰ πάντα χύτλα καὶ πᾶσαι μυχῶν
Πηγαὶ κατ' Αὐσονῖτιν ἕλκονται χθόνα.
Λιπών τε Ληθαιῶνος ὑψηλὸν κλέτας,
Λίμνην τ' ἄορνον ἀμφιτορνωτὴν βρόχῳ,
Καὶ χεῦμα Κωκυτοῖο λαβρωθὲν σκότῳ,
Στυγὸς κελαινῆς νασμὸν, ἔνθα Τερμιεὺς
Ὁρκωμότας ἔτευξεν ἀφθίτοις ἕδρας,
Μέλλων Γίγαντας κἀπὶ Τιτᾶνας περᾶν,
Λοιβάς τ' ἀφύσσων χρυσέαις πέλλαις γάνος,

Θήσει

v. 694. *Porro* Baii, naucleri fui, ſepulcrum tranſiens, et Cimmerios ad occidentalem oceanum, Acherontem, fluuium Heracleae, Oſſam, montem, veſtigia Herculis ad Orontem fluuium, nemus Proſerpinae, Pyriphlegethontem, fluuium, vbi ſe Apenninus attollit, (e quo omnes Italiae fluuii oriuntur)

rotunda, dicit eam laqueo circumductam. Caeterum eodem fere modo apud Eurip. Troadibus eadem Caſſandra de Vlyſſis erroribus vaticinatur: quem quidem locum iuuabit cum iſto conferre.

707 Ὁρκωμότας) Per Stygem Iupiter (is Terminalis dicitur a terminis rerum tum ſtatuendis, tum conſeruandis) deos voluit iurare, poſtquam ab illa contra Titanes fuit adiutus; qua de re vide Heſiodum Theogonia. Neceſſario autem heic verſus duos inter ſe loco mutauimus, ne ſententia vacillaret: ſicut et ſupra fecimus, vbi de Agapenore agebatur.

708 γίγαντας κἀπὶ τιτᾶνας) Praepoſitio vna inter duos caſus interpoſita, vt apud Horatium nomen aut parti-

ci-

Et Cimmeriorum domicilia, Acheruſiamque
Procellis fluctuantem vndae ſcaturiginem,
Oſſamque, et leonis vias boum
Aggeſtas, Proſerpinaeque nemus infernae puellae,
Et Pyriphlegethontem fluuium, vbi inuius
Tollit in caelum verticem capax collis,
Ex quo cuncti fluuii, cunctique ſpecuum
Fontes per Italicam fluunt terram:
Relinquensque Lethaeonis montem altum,
Paludemque auernam laqueo circumductam,
Et Cocyti fluuium tenebris abſorptum,
Nigrae Stygis riuum, vbi Terminalis
Iuris iurandi conſtituit diis ſedes,
Contra Gigantes atque Titanes tranſiturus:
Et aquae libamina ſitulis hauriens aureis,

v. 703. relinquensque Lethaeonem, Italiae montem, paludemque Auernam rotundam, Cocytum tenebroſum et Stygem, quem Iupiter diis ad iurandum propoſuit, cum Titanes et Gigantes debellaturus eſſet;

cipium vnum inter duo ſubſtantiua interiectum, Carm. II, 19. v. 28. *Pacis eras mediusque belli*, et v. 32. *Ore pedes tetigitque crura*. Lib. III, 4. v. 11. *Ludo fatigatumque ſomno*. Plane ſic eſt apud noſtrum, v. 1214, Ἥξει δὲ Κνωσσὸν καὶπὶ Γόρτυνος δόμους. R.

709 Λοιβάς τ') ad ſacrificandum. Maritus Proſerpinae eſt Pluto, cui Vlyſſes ab inferis reuerſus columnam cum galea dedicauit. Δάειραν appellarunt Proſerpinam primum Aeſchylus, et poſt eum Apollonius; quo videtur δαειρίτης Pollucis pertinere.

709 λοιβάς τ' — γάνος) Aut legendum eſt γάνεσ, vti Canterus vertit, *aquae libamina*, aut λοιβὰς per appoſitionem adiectum eſt, vt ſit, *aquam, quae libationi inſerviret*. R.

Θήσει Δαείρᾳ καὶ ξυνευνέτῃ δάνος,
Πήληκα κόρσῃ κίονος προσαρμόσας.
Κτενεῖ δὲ κούρας Τηθύος παιδὸς τριπλᾶς,
Οἵμας μελῳδῷ μητρὸς ἐκμεμαγμένας,
Αὐτοκτόνοις ῥιφᾶσιν ἐξ ἄκρας σκοπῆς
Τυρσηνικὸν πρὸς κῦμα δυπτάσας πτεροῖς,
Ὅπῃ λινεργὴς κλῶσις ἑλκύσει πικρά.
Τὴν μέν, Φαλήρῳ τύρσις ἐκβεβρασμένην
Γλάνις τε ῥείθροις δέξεται, τέγγων χθόνα.
Οὗ σῆμα δωμήσαντες ἔγχωροι κόρης
Λοιβαῖσι καὶ θύθλοισι Παρθενόπην βοῶν
Ἔτεια κυδανῷσιν οἰωνὸν θεάν.
Ἀκτὴν δὲ τὴν προὔχουσαν εἰς Ἐνιπέως
Λευκωσία ῥιφεῖσα, τὴν ἐπώνυμον
Πέτραν ὀχήσει δαρόν. ἔνθα λάβρος Ἴς
Γείτων θ' ὁ Λάρις ἐξερεύγονται ποτά.

Λίγεια

v. 710. offeret Plutoni ac Proſerpinae ſacrificium, aquam, ſitulis aureis hauriens, et iis columnam dedicabit, cum palea ſua appenſa.

v. 712. Occidet *porro* tres Sirenas, eatenus, quod, victae ab ipſo, ſua ſponte ſe in mare Tyrrhenum ex alto praecipitabunt, quo eas Parcarum fata trahent.

712 κόρας) Sirenes, Parthenopen videlicet, Leucoſiam, Ligeam. Earum pater Achelous, Tethyis erat filius mater fuit Terpſichore. Illae porro de contemtu Vlyſſis indignantes, in Tyrrhenum mare praecipites ſe dederunt. Dicit eas pennis vrinaſſe, quoniam auiformes erant, vt dictum eſt. Lanificum ſtamen de Parcarum filis intelligitur.

717 Τὴν μὲν) Sirenum, nempe Parthenopen, quae iuxta Neapolin in litus eſt a mari eiecta. Neapolis autem Phaleri, Siculi tyranni, arx fuit (niſi id malis cum Stephano vrbis nomen eſſe) quae

Offeret Proſerpinae et marito munus,
Galeam columnae capiti appendens.
Tres autem occidet Tethyis neptes virgines,
Canorae matris cantus exprimentes,
Spontaneis iactibus ex alta ſpecula
In vndam Tyrrhenam pennis vrinantes,
Quo lanificum trahet acerbum ſtamen.
Vnam quidem Phaleri arx expulſam,
Glanisque terram humectans excipiet:
Vbi templum indigenae exſtruentes puellae,
Libaminibus Parthenopen et ſacrificiis boum
Quotannis honorabunt, volucrem deam:
In ripam autem eminentem Enipei
Iecta Leucoſia, cognominem diu
Occupabit inſulam, vbi violentus Is,
Vicinusque Laris eructant latices.

v. 717. *Vnam, Parthenopen*, littus Neapoleos, Phaleri tyranni arcis, et Glanis flumen, excipiet, vbi puellae quotannis ad eius templum illi ſacrificabunt;

v. 722. *altera, Leucoſia*, in promontorium Neptunium eiicietur, vbi inſula ex eius nomine Leucoſia appellabitur;

quae a Parthenope poſtea nomen ſumſit. Glanis eſt Italiae fluuius prope Neapolim.

722 Ἐνιπέως) Neptuni; is enim a Mileſiis hoc nomine colitur, quod in Enipeum, fluuium Theſſaliae, aliquando mutatus fuerit, vt tradit Ouidius. Leucoſia igitur, Sirenum altera, in Neptunium promontorium fuit iecta, et inſulam a ſuo nomine Leucoſiam appellauit.

726 Λίγεια δ') Sirenum tertia. Terina ſecundum Stephanum eſt vrbs Italiae; meminit etiam Thucydides κόλπε Τερινάίε. Ocinarus fluuius eſt apud Terinam, quem cornigerum vocat ex figura: fortem, propter fluxionis vehementiam.

732

Λίγεια δ' εἰς Τέρειναν ἐκναυθλώσεται,
Κλύδωνα χελλύσσουσα. τὴν δὲ ναυάται
Κρόκισι ταρχύσουσιν ἐν παρακτίαις,
Ὠκινάρᾳ δίναισιν ἀγχιτέρμονα.
Λάσει δὲ σῆμα βάκερως νασμοῖς Ἄρης
Ὀρνιθόπαιδος ἵσμα φοιβάζων ποτοῖς.
Πρώτη δὲ καί ποτ' αὖθι συγγόνων θεᾷ
Κραίνων ἁπάσης Μόψοπος ναυαρχίας
Πλωτῆρσι λαμπαδοῦχον ἐντυνεῖ δρόμον,
Χρησμοῖς πιθήσας. ὃν ποτ' αὐξήσει λεὼς
Νεαπολιτῶν, οἳ παρ' ἄκλυστον σκέπας
Ὅρμων Μισηνοῦ σύφλα νάσσονται κλίτη.
Βύκτας δ' ἐν ἀσκῷ συγκατακλείσας βοὸς
Παλινοροβήτοις πημοναῖς ἁλώμενος,
Κεραυνίῃ μάσιγι μασιχθήσεται

Καύηξ,

v. 726. *tertia, Ligea,* in Terinam, Italiae vrbem, a fluctibus deuoluetur, eamque nautae in littore Ocinari, rapidi fluminis, sepelient.

732 Πρώτη) Parthenope, cui Diotimus, Atticae classis praefectus, ex oraculo sacrificauit, quum in Italiam venisset, et cursum lampadum (eum in Ceramico quotannis peragebant Athenienses) instituit, quem deinceps Neapolitani quotannis instaurarunt. Mopsopia olim dicta Attica de Mopsopo rege: vnde Ouid.

Barbara Mopsopios terrebant agmina muros.

Tibullus:

Libaque Mopsopio dulcia melle feram.

Seneca extrema Hippolyto:

Mopsopia claris tota lamentis sonet.

Misenus mons est Neapolitanus, a Miseni sepulcro denominatus, vt vult Virgilius.

732—34 Πρώτη δὲ — πλωτῆρσι — ἐντυνεῖ δρόμον) Duo hic sunt Datiui, quorum vterque ab vno verbo ἐντυνεῖ pen-

Ligea denique in Terinam exponetur,
Vndam criſpans: quam nautae
In arena ſepelient litorali,
Ocinari vorticibus conterminam.
Abluet autem ſepulcrum Corniger fortis,
Semiauis extergens aquis monumentum.
Primae porro quondam ſororum deae
Imperator totius Atticae claſſis
Vectoribus lampadiferum inſtituet curſum,
Oraculis obtemperans: quem augebit populus
Neapolita, qui prope tranquillum tegmen
Miſeni portuum ſaxoſa habitabit promontoria.
Ventis autem in vtre concluſis bubulo,
Retrogradis errans damnis,
Fulmineo flagellabitur flagello

v. 732. Primae earum, Parthenopae, olim Diotimus, Atticae claſſis praefectus, cum Neapolin venerit, ex oraculo curſum lampadum inſtituet, quem incolae quotannis inſtaurabunt.

pendet, idque paulo durius. Itaque prior, (πρώτη) qui ad Sirenen refertur, explicandus erit: *in honorem primae*, poſterior (πλωτῆρσιν) eſt cauſſae efficientis: *a nautis perageudum*, ὑπὸ πλωτήρων. R.

738 Βύκτας) quos ab Aeolo acceperat. Vtribus deinde opera ſociorum apertis, in Aeoliam reuectus eſt. Poſt ea, quum ſocii boues Solis deuoraſſent, fulmine procellaque vexatus, ſocios omnes amiſit. Larum dicit Vlyſſem.

741 ἐρινεὸς) Haec ſic apud Hom. ipſe narrat:

Ἦλθον ἐπὶ Σκύλλης σκόπελον, δυσιήν τε Χάρυβδιν.
Ἡ μὲν ἀνεῤῥοίβδησε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ.
Αὐτὰρ ἐγὼ ποτὶ μακρὸν ἐρινεὸν ὑψόσ' ἀερθείς,
Τῷ προσφὺς ἐχόμην, ὡς νυκτερίς. et paulo poſt:
Νωλεμέως δ' ἐχόμην, ὄφρ' ἐξεμέσσειεν ὀπίσσω

Ἰσὸν

Καύηξ, ἐρινῦ προσκαθήμενος κλάδῳ,
Ὡς μὴ καταβρώξῃ νιν ἐν ῥόχθοις κλύδων,
Χάρυβδιν ἐκφυσῶσαν ἑλκύσας βυθῶν.
Βαιὸν δὲ τερφθεὶς τῆς Ἀτλαντίδος γάμοις,
Ἀναυλόχητον αὐτοκάνδαλον σκάφος,
Βῆναι ταλάσσει, καὶ κυβερνήσει τάλας
Αὐτουργότευκτον βάριν ἐς μέσην τρόπιν
Εἰκαῖα γόμφοις προσεταργανωμένην.
Ἧς, οἷα τυτθὸν Ἀμφίβαιος ἐκβράσας
Τῆς κηρύλου δάμαρτος ἀπτῆνα σπόρον,
Αὐταῖς μεσόδμαις καὶ σὺν ἰκρίοις βαλεῖ
Πρὸς κῦμα δύπτην ἐμπεπλεγμένον κάλοις.
Πόντῳ δ' ἄϋπνος ἐνσαρώμενος μυχοῖς,
Ἀσῷ σύνοικος Θρᾳκίας Ἀνθηδόνος
Ἔσαι. παρ' ἄλλῳ δ' ἄλλος, ὡς πεύκης κλάδον,

Βύκτης

v. 738. Sed, vt ad Vlyſſem reuertar, ille, ventis ab Aeolo in vtrem inclusis, a ſociis autem vtre aperto, reiicietur in Aeoliam, quumque eius ſocii boues ſolis prae fame deuorarint, Iupiter eos fulmine occidet, ipſe autem ne a fluctu, quem Charybdis euomit, elidatur, in arborem confugiet, donec procella praeterierit.

Ἰσὸν καὶ τρόπιν αὖτις, ἐλδομένῳ δέ μοι ἦλθεν
Ὀψέ. — Atlantidem dicit Calypſonem.

743 Χάρυβδιν ἐκφυσῶσαν ἑλκύσας βυθῷ) Participium ἑλκύσας haud dubie ad κλύδωνα refertur, in ἐκφυσῶσαν autem, quod non niſi *actiue* poteſt ſignificare, ſubaudiendum eſt ὕδωρ, aut ſimile, vt ſenſus ſibi conſtet. R.

746 ταλάσσει — τάλας) Fortaſſe de induſtria in hoc loco verbis luſit. R.

747 βάριν) de qua Hom. Od. ε. Baris eſt proprie navis Aegyptiaca, teſte Herodot. et Propert. quum ait:

Baridos et contis roſtra Liburna ſequi:

de Cleopatra, Aegypti regina, loquens. Saepe tamen pro quauis naui ſumitur, vt heic,

Larus, caprifici inſidens ramo,
Ne ipſum deuoret aeſtus inter fluctus,
Charybdin e gurgitibus efflantem trahens.
Pauliſper deinde nuptiis Atlantidis delectatus,
Naualibus carens ac tumultuarium nauigium
Conſcendere audebit, et gubernabit miſer
A ſe factam ratem, in carina media
Temere clauis deuinctam:
Ex qua illum Neptunus eiiciens
Tanquam paruum halcedinis implumem partum,
Cum antemnis et medianis iaciet
In mare vrinatorem rudentibus innexum.
In marinis autem ſpecubus iactatus inſomnis,
Anthedonis Threſſae ciui contubernalis
Erit, alio poſt alium, ceu pinus corticem,

v. 744. Pauliſper *deinde*, amore Calypſus, oblectatus, nauigium leue ac tumultuarium conſcendens, ipſe miſere cogetur remigare, ſed eum Neptunus, veluti paruum halcyonem, vix partu excluſum, inde cum ipſis antennis in mare eiiciet, vt vix nando ſeruare ſe poſſit.

heic, et apud Aeſchylum Perſis.

749 Ἀμφίβιος) Ἀμφιβίου Neptunus a Cyrenaeis colebatur. Halcedo vocatur femina ceryli.

754 Ἀνθηδόνος) e qua Glaucus piſcator oriundus erat, qui olim, guſtata herba, in mare deſiliit, vt ex prouerbio notum eſt. Anthedon autem Boeotiae eſt vrbs, quam Threſſam nuncupat, quod a Thracibus condita fuerit. Iam Glauco contubernalis fuit Vlyſſes, poſtquam in mare eſt eiectus.

756 προβήσει) Vlyſſem. Leucothea porro Vlyſſi per vndas iactato capitis ſui redimiculum tradidit, quo ille

Βύκτης προβήσει Φελλὸν ἐνθρώσκων πνοαῖς.
Μόλις δὲ Βύνης ἐκ παλιῤῥοίας κακῆς
Ἄμπυξ σαώσει, στέρνα δεδρυφαγμένον
Καὶ χεῖρας ἄκρας, αἷς κρεαγράπτους πέτρας
Μάρπτων, ἁλιβρώτοισιν αἱμαχθήσεται
Στόρθυγξι. νῆσον δ' εἰς Κρόνῳ συγουμένην
Ἅρπην περάσας, μεζέων κρεανόμον,
Ἀχλαινος, ἵκτης, πημάτων λυγρῶν κόπις
Τὸν μυθοπλάστην ἐξυλακτήσει γόον,
Ἀραὶς τετικὼς τῇ τυφλωθέντος δάκους.
Οὔπω μάλ', ἅπω, μὴ τόσος δ' ὕπνος λάβοι
Λήθης Μέλανθρον ἐγκλιθέντ' Ἱππηγέτην.
Ἥξει γὰρ, ἥξει ναύλοχον ῥείθρου σκέπας
Καὶ Νηρίτα πρηῶνας. ὄψεται δὲ πᾶν

Μέλα-

v. 753. Sic diu in fluctibus iactatus, et quasi contubernalis Glauci (qui in mari degit) alio post alium vento eum vexante,
v. 757. per peplum Leucotheae, quae eius miserebitur, seruabit se, quo pectori et manibus suppositio enatabit, etsi has manus, apprehendendis scopulis, valde vulnerabit.

le pectori supposito enataret.

762 Ἅρπην) aliter Corcyram, vel Phaeaciam: in qua defossa fuit falx, qua Iupiter Saturno patri, vel Saturnus Coelo pudenda desecuit. Apollonius:

Ἔστι δέ τις πορθμοῖο περαιτέρη Ἰονίοιο
Ἀμφιλαφὴς πίειρα κεραυνίη εἰν ἁλὶ νῆσος,
Ἣν ὑπὸ δὴ κεῖσθαι δρέπανον φάτις, ᾧ ἄπο πατρὸς
Μήδεα νηλειῶς ἔταμε Κρόνος. οἱ δέ ἑ δηθὰ
Κλείουσι χθονίης καλαμητόμον ἔμμεναι ἅρπην.
Δηὼ γὰρ κείνῃ ἔνι δήποτε νάσσατο γαίῃ,
Τιτῆνας δ' ἔδαεν σάχυι ὄμπνιον ἀμήσασθαι
Μακρίδα φιλαμένη. δρεπάνη τόδεν ἐκλήϊσεν.

In hanc insulam delatus Vlysses, Alcinoo regi longam suorum errorum seriem explicuit. Monstrum dicit

Suber, vento iactante, insultante flatibus.
Vix tandem Leucotheae ex refluuio graui
Reticulum seruabit, pectora munitum
Manusque extremas, quibus carnificribas scopulos
Apprehendens, ab exesis cruentabitur
Cacuminibus, tum in insulam Saturno inuisam
Drepanum traiiciens, testiculorum laniatricem,
Supplex, nudus, aerumnarum tristium narrator,
Fabulosum recensebit luctum,
Imprecationibus absolutis excaecati monstri:
Nondum sane, nondum: nec talis capiat obliuionis
Somnus Melanthum Equestrem inclinatum.
Veniet enim, veniet ad naualem Rithri portum,
Et Neriti cacumina, videbitque totam

Do-

v. 761. Tum in Phaeaciam seu Corcyram delatus, (inuisam Saturno, quod ibi falx defossa est, qua Iupiter ei testiculos abscidit) misero habitu, Alcinoo regi narrabit suas calamitates, ratus fortasse, eas nunc certe finem habituras.

dicit Cyclopem, de cuius imprecationibus vide Hom.

766 μὴ τόσος δ') Homerus:

— Οὐδ' Ἐνοσίχθων
Λήθετ' ἀπειλάων, τὰς ἀντιθέῳ Ὀδυσῆϊ
Πρῶτον ἐπιπτείλησε. —

Melanthus Neptunus ab Athenienſibus colebatur, ita dictus propter μέλαινα πόντου et πολιὴν θάλατταν, vt volunt grammatici. Equestrem autem Delii colunt, quod equitum praeses, et equotum sit inuentor: vel quod naues equis respondeant, vt existimat Artemidorus.

768 σκέπας) Ithacae. Neritus etiam Ithacae mons et portus. Quod heic de Pane comminiscitur Scholiastes, qui non potuit commune

Μέλαθρον ἄρδην ἐκ βάθρων ἀνάσατον
Μύκλοις γυναικόκλωψιν. ἡ δὲ Βασσάρα,
Σεμνῶς κἀσωρεύσασα, κοιλανεῖ δόμους,
Θοίναισιν ὄλβον ἐκχέασα τλήμονος.
Αὐτὸς δὲ πλείους τῶν ἐπὶ Σκαιᾶς πόνους
Ἰδὼν μολοβρὸς, τλήσεται μὲν οἰκετῶν
Στυγνὰς ἀπειλὰς εὐλόφῳ νώτῳ φέρειν
Δέννοις κολαοθείς. τλήσεται δὲ καὶ χερῶν
Πληγαῖς ὑπείκειν, καὶ βαλαῖσιν ὀσράκων.
Οὐ γὰρ ξέναι μάσιγες, ἀλλὰ δαψιλὴς
Σφραγὶς μενεῖ Θόαντος ἐν πλευρᾶις ἔτι,
Λύγοισι τετρανθεῖσα, τὰς ὁ λυμεὼν
Ἐπεγκολάπτειν ἀσένακτος αἰνέσει,

Ἐκου-

v. 766. Sed heu! minime! Veniet enim in patriam Ithacam, videbitque totam domum a procis funditus euersam. Penelope enim, eius vxor, honesta meretrix, diuitias eius epulis dissipabit.

mune nomen a proprio distinguere, id vel in puero scutica dignum foret.

771 βασσάρα) Penelope, quae honeste et magnifice scortabatur, vt nonnulli volunt, ac similiter σεμνὴ apud Aristophanem in malam partem sumitur. Ad Scaeas portas de corpore Patrocli pugnatum est. Mendicum vocat Vlyssem, qui mendici habitu patriam sit ingressus, et a procis conuiciis ac baculis petitus.

779 Οὐ γὰρ) Non, inquit, primi eum proci flagellabunt, quum sit etiam in patria cicatrices plagarum, a Thoante quondam incussarum, retenturus. Quum enim in Troiam irrepere vellet Vlysses (vt Palladium, credo, raperet) a Thoante se flagellari passus est: et laceras vestes, ne a Troianis agnosceretur, induit; qua de re sic apud Hom. Helena:

Αὐτόν μιν πληγῇσιν ἀεικελίῃσι δαμάσσας,

Σπεῖρα

Domum penitus a fundamentis euerſam
Scortatoribus adulteris: quando meretrix
Honeſte ſcortans aedes excauabit,
Epulis effundens miſeri diuitias.
At ipſe plures ad Scaeas exhauſtis aerumnas
Intuitus mendicus, ſuſtinebit quidem famulorum
Triſtes minas muſculoſo ferre dorſo,
Conuiciis punitus: ſuſtinebit etiam pugnorum
Ictibus ac teſtarum cedere iactibus.
Nec enim inſueta flagella, ſed amplum
Thoantis ſigillum manebit etiam in lateribus,
Viminibus impreſſum, quae pernicioſus
Inſculpi laudabit bilaris,

Volun-

v. 774. At ipſe, veſtitu mendici induto, multo plura mala videbit, quam olim ad Troiam viderat, ſuſtinebit famulorum minas, conuicia, quin ictus et iactus; qui nec plane inſueti ipſi erunt. Nam adhuc in corpore habebit cicatrices verberum, a Thoante olim acceptorum, cum ad Palladium furandum in Troiam irrepſiſſet.

Σπεῖρα κακὴ ἀμφ' ὤμοισι βαλὼν, αἰκῇ ἐοικὼς,
Ἀνδρῶν δυσμενέων κατέδυ πόλιν εὐρυάγυιαν. Plautus Bacchidibus,

Ille mendicans pene inuentus interiit,
Dum ibi exquirit fata illorum. et mox:
— Vlyſſem vt praedicant
Cognitum ab Helena eſſe, proditumque Hecubae,
Sed ille ſe
Blanditiis exemit, et perſuaſit, ſe vt amitteret.

782 ἐπεγκολάπτειν) Hic Infinitiuus aut paſſiue accipiendus eſt, tanquam eſſet ἐγκολάπτεσθαι, aut ſubaudiendum e praecedentibus Θόαντα αὐτῷ, ſc. Vlyſſi. R.

785 πρόμον) Priamum, apud quem fingebat ſe indigna multa ab Agamemnone

Ἑκουσίαν σμώδιγγα προσμάσσων δομῇ,
Ὅπως παλεύσῃ δυσμενεῖς, κατασκόποις
Λώβασι καὶ κλαυθμοῖσι Φηλώσας πρόμον.
Ὃν Βομβυλείας κλιτὺς ἡ Τεμμικία,
Ὕψισον ἡμῖν πῆμ' ἐτέκνωσέ ποτε,
Μόνος πρὸς οἶκους ναυτίλων σωθεὶς τάλας.
Λοῖσθον δὲ καύηξ ὥσε κυμάτων δρομεὺς,
Ὡς κόγχος ἅλμῃ πάντοθεν περιτριβεὶς,
Κτῆσίν τε θοίναις Πρωνίων λαφυσίαν
Πρὸς τῆς Λακαίνης αἰνοβακχεύτοις κιχὼν,
Σύφαρ θανεῖται, πόντιον φυγὼν σκέπας,
Κόραξ σὺν ὅπλοις Νηρίτων δρυμῶν πέλας.
Κτενεῖ δὲ τύψας πλευρὰ λοίγιος σόνυξ

Κέντρῳ

v. 781. Hasque libenter sibi quoque infligi passus est, modo vt Priamum ludificaret hic furcifer,
v. 786. quem summo nostro malo in Boeotia mater sua Anticlea peperit, et qui paene solus omnium Graecorum saluus in patriam redibit.

none passum fuisse: vt apud Virg. Sinon, apud Herod. Zopyrus.

786 κλιτὺς) Boeotiae, in qua Autolycus, pater Anticleae, quae Vlyssem e Sisypho peperit, habitabat. Ipse quoque Vlysses Odyss. vltimo de apro, a quo fuerat in Parnasso morsus, narrat. De Temmicibus dictum est.

791 Πρωνίων) Pronii natione erant Penelopes proci, ex vna quatuor Cephalleniae gentium. Lacaenam intellige Penelopen. Marinum tegmen de Ithacae portu dicitur.

795 Κτενεῖ δὲ) Vlysses Ithacam reuersus, a Telegono inter venandum sagitta de improuiso transfixus est, cui pro cuspide aculeus turturis, seu pastinacae marinae, qui piscis venenum habet, praefixus erat. Ouid. in Ibin:

Offi-

Voluntarias atterens corpori vibices,
Vt hoſtes decipiat, ſpeculatoriis
Damnis et fletibus regem ludificando:
Quem Bombylium promontorium Temnicium
Maximum nobis damnum olim genuit,
Solum nautarum ad aedes ſaluum delatum.
Tandem ſicut larus ambulator fluctuum,
Et concha mari vndique circumtrita,
Fortunasque Proniorum epulis deuoratas
A Lacaena grauiter bacchante offendens,
Decrepitus morietur, marino elapſus tegmini
Coruus, cum armis, Neritios prope ſaltus.
Occidet autem feriens latera cuſpis acerba

In-

v. 789. *Tandem*, velut piſcis marinus, vndique circumactus, quum ab vxore epulis procorum deuorata omnia domi repererit, decrepitus, relicto Ithacae portu, ad ſaltum Neritium morietur.

Oſſibus inque tuis teli genus haereat illud,
Traditur Icarii quo cecidiſſe gener.

Oppianus ait, Telegonum, quum patris armenta abigeret, Vlyſſem ſibi occurrentem, et ab ipſo tanquam furi pecora repetentem, vulneraſſe et occidiſſe, quum neuter ab altero cognoſceretur. Verſus eius hi ſunt:

— Αὐτὰρ ὁ νήσῳ
Αἰγιβότῳ προσέκελσε, καὶ ἐ μάθε πάτρα πέρθαι

Πατρὸς ἑῆ. γεραρῷ δὲ βοηδρομέοντι τοκῆϊ
Αὐτῷ, τὸν μάστευε, κακὴν προσεμάξατο κῆρα.

Dictys extremo ſexto aliter tradit. Telegonum quidem ad inueſtigandum patrem e Tyrrhenia profectum fuiſſe, refert etiam ex Ariſtocle Plutarchus. Caeterum iuxta Sardiniam inſulam habitabat Circe, mater Telegoni; hinc piſcis Sardonicus.

796 ἔλλοπος) Tale mortis genus videtur apud Hom.

Κέντρῳ δυσαλγὴς ἕλλοπος Σαρδωνικῆς.
Κέλσει δὲ πατρὸς ἀρταμος κληδόσετα,
Ἀχιλλείας δάμαρτος αὐτανέψιος.
Μάντιν δὲ νεκρὸν Εἰρεταὶ σεβεν λεὼς,
Ὅτ' αὖπιν ναίων Τραμπύας ἐδέξατο, 800
Ἐν ᾗ ποτ' αὖθις Ἡρακλῆ ζῶσαν δράκων
Τυμφαῖος ἐν θοίνῃσιν Αἰθίκων πρέσις,
Τὸν Αἰακοῦ τε καὶ Περσέως σπορᾶς,
Καὶ Τηλεφείνη σὺν ἄπυδεν κώμαται.
Πέρση δὲ μὴν θανόντα Τυρσηνὸν ἔρος 805
Ἐν Γορτυνίᾳ δέξεται πεφλεγμένον,
Ὅταν σεναίζων κῆρας ἐκπνεύσῃ βίον,
Παιδός τε καὶ δάμαρτος, ἣν κτείνας πόσις

Αὐτὸς

v. 795. Occidetur autem sagitta, cuius cuspidi aculeus venenati pulcis praefixus est, a filio Telegono. Medeae consobrino (per Circen matrem huiusque fratrem, Aeeten);

Hom. Tiresias Vlyssi praedicere, quam ait:

— Θάνατος δέ τοι ἐξ ἁλὸς αὐτῷ
Ἀβληχρὸς μάλα τοῖος ἐλεύσεται, ὅς κέ σε πέφνῃ
Γήρᾳ ὑπὸ λιπαρῷ ἀρημένον—

Vxor Achillea est Medea, quemadmodum supra diximus. Eius consobrinus erat Telegonus, nam Aeetes, Medeae pater, Circes frater fuit.

799 Εἰρεταὶ) Aetoliae populus, apud quem oraculum Vlyssis exitisse, testatur etiam Aristoteles. Abiit autem in Aetoliam et Epirum Vlysses, postquam in patriam redierat, partim quod Ithacam exosus esset, partim quod ita iussisset Tiresias, cuius haec habentur in Poëta verba:

Αὐτὰρ ἔπειτ' ἀπιθεῖν ἐπὶ μυχθοῦ μεγάροιο τεοῖο·
Κτείνας ἢ δόλῳ ἢ ἀμφαδίῃ, ἐχέμ χαλκῷ.
Ἔρχεσθαι δ' ἤπειτα λαβὼν εὐῆρες ἐρετμόν,
Εἰσίκε τοὺς ἀφίκηαι, οἳ οὐκ ἴσασι θάλασσαν
Ἀνέρες. —

In his enim verubus regiones, quas diximus, videtur innuere, non δουρὶ nec

κελαινεῷ

Insanabilis aculeo piscis Sardonici.
Filius vero patris erit interfector,
Vxoris Achilleae consobrinus.
Vaticinans autem cadauer Eurytanus coronabit populus,
Quique altas habitat sedes Trampyae,
In qua Herculem quondam Tymphaeus perdet
Inter epulas draco Aethicum dux,
Aeacidem et Persidem genere,
Nec remotum a Temenica consanguinitate.
Perge demum, Tyrrhenus mons, mortuum,
In Gortynia combustum excipiet:
Quando vitam expirarit deplorans miserias
Filii et vxoris, quam occidens maritus,

Se-

v. 799. Mortuumque eum honorabit Aetolia et Epirus, in qua olim, multo post, Polysperchon Herculem, Alexandri M. ex Barsine filium (qui genus et ipse ad Aeacum, Perseum, et Herculem refert) inter epulas interficiet.

κελαινέων Eustathii, est autem Trampya vrbs Epiri.

801 Ἡρακλῆ) Alexandri Magni ex Barsine filium, quem Polysperchon Tymphaeus seu Epirota, dux Aethicum seu Epirotarum, in Cassandri gratiam interfecit, annos natum XIV. historiam integram leges apud Diodorum Sic. lib. XX. Hic Hercules ab Aeaco, Perseo, et Hercule (eius abnepos Temenus) dicitur originem ducere, quod pater Alexander M. paternum genus ad Herculem et Perseum, maternum ad Aeacum referret.

805 Πέρην δὲ) ad quem montem vel rediit viuus, vel saltem post mortem delatus est ex Epiro, vel Ithaca: nisi eum quis malit e Tyrrhenia in Epirum translatum. Gortynia, Tyrrheniae regio.

807 ἐκπνεύσῃ βίον) Fabulantur enim Vlyssem a Telegono prius occisum, a Circe deinde resuscitatum fuis-

Αὐτὸς πρὸς ᾅδην δευτέραν ὁδὸν περᾷ,
Σφαγαῖς ἀδελφῆς ἠλοκισμένος δέρην,
Γλαύκωνος Ἀψύρτοίο τ' ἀνταναιψίας.
Χ' ὡ μὲν τοσοῦτον θῖνα πημάτων ἰδὼν
Ἄσρεπτον ᾅδην δύσεται τὸ δεύτερον,
Γαληνὸν ἦμαρ ἤ ποτ' ἐν ζωῇ δρακών.
Ὦ σχέτλι', ὥς σοι κρεῖσσον ἦν, μίμνειν πάτρᾳ
Βοηλατοῦντι, καὶ τὸν ἐργάτην μύκλον
Κάνθων' ὑπὸ ζεύγλῃσι μεσσαβοῦν ἔτι
Πλαταῖσι λύσσης μηχαναῖς οἰσρημένῳ,

Ἡ

v. 805. Tandem in Tyrrhenia, ad montem Pergen sepelietur, cum deplorarit miserias filii Telemachi, et vxoris Circes. Nam hanc Telemachus, qui eius filiam, Cassiphonen, duxit, occidet, vicissim autem a Cassiphone interficietur.

se, et secundo postea mortuum esse propter filii Telemachi et vxoris Circes, quas deplorabat, miserias. Apertius erit, si Vlyssem dicamus, dum ista deploraret, simul a filio occisum fuisse, vel Ithacae, vel in Tyrrhenia, vel in Epiro. Videtur enim Vlysses ex Epiro Ithacam rediisse, atque inde in Tyrrheniam concessisse, vbi et mortuus fuerit et sepultus. Adiiciam huc Plutarchi verba, quoniam ad historiam pertinent: τῷ Ὀδυσσεῖ μετὰ τὴν μνηστηροφονίαν οἱ ἐπιτήδειοι τῶν τεθνηκότων ἐπανέστησαν. μεταπεμφθεὶς δ' ὑπ' ἀμφοτέρων διαιτητὴς Νεοπτόλεμος, ἐδικαίωσε τὸν μὲν Ὀδυσσέα μετανέστησαι καὶ φεύγειν ἐκ τῆς Κεφαλληνίας καὶ Ζακύνθου καὶ Ἰθάκης ἐφ' αἵματι, etc. αὐτὸς μὲν οὖν εἰς Ἰταλίαν μετέστη, καὶ τὰ ἑξῆς. Facit huc etiam epitaphium Vlyssis nuper in membranis antiquis repertum:

Ἐπὶ Ὀδυσσέως κειμένῳ ἐν Τυρρηνίᾳ.

Ἄνδρα τὸν πολύμητιν ἐπὶ χθονὶ τῇδε θανόντα
Κλεινότατον θνητῶν τύμβος ἐπεσχέσιεν. id est:

Vlyssi in Tyrrhenia.

Prudentem celebremque virum post aspera fata
Hoc gratus tumuli cespite celat honor.

808 ἦ κτείνας) Telemachus, ducta Cassiphone sorore,

Secundum ad inferos ibit iter,
Sororis caede, Glauconis Abſyrtique
Conſobrinae, collum amputatus.
Atque ille quidem tantum conſpicatus malorum
aceruum,
Immutabilem ſecundo ſubibit Orcum,
Laetum nunquam in vita diem adeptus.
O infelix, quam tibi praeſtabat in patria manere
Bubulco, et laborioſum aſinum
Curuum ſub iugo ad aratrum adhuc iungere,
Fictis inſaniae technis incitato,

v. 812. Tot tantaque mala Vlyſſes videns *iterum* orcum ſubibit, quem iam *ſemel* (v. 681---688.) ſubierat, nunquam laetum in vita diem vllum conſpicatus.

v. 815. O infelix! quanto tibi ſatius erat in patria manere, et bouem cum aſino inter arandum iungere, quod faciebas, cum inſaniam ſimulares, nec velles vna cum reliquis Troiam in bellum proficiſci, quam tot mala experiri!

re, Circes filia (alii Calypſonis filium faciunt Telegonum) matrem occidit; qua re cognita Caſſiphone maritum viciſſim interemit. Eam porro vocat Glauconis Abſyrtique conſobrinam, ſiquidem Circe, Caſſiphones mater, ſoror fuit Aeetae et Paſiphaës: quorum ille pater Abſyrti, haec Glauconis mater fuit. Denique ſecundum iter dicit, quia ſecundo poſt Circen occiſam, quae prior mortem obiit, interfectus eſt Telemachus.

813 τὸ δεύτερον) Iam enim ad inferos ante venerat, Tireſiam conſulturus.

816 μύκλον) Vlyſſes, vt eſt in fabulis, quum ad Troiam nollet accedere, inſaniam ſimulauit, et bouem cum aſino vel equo ad aratrum iunxit. Deprehenſus deinde fuit dolus a Palamede.

816 τὸν ἐργάτην μύκλον) Quomodo vnum idemque animal et *laborioſum*, (ἐργάτην) et *libidinoſum* (μύκλον) appellet Lycophron, equidem

Ἢ τηλικῶνδε πεῖραν ὀτλῆσαι κακῶν.
Ὁ δ' αἰνόλεκτρον ἁρπαγεῖσαν εὐνέτης
Πλάτιν ματεύων, κληδόνων πεπυσμένος,
Ποθῶν δὲ φάσμα πτηνὸν, εἰς αἶθραν φυγὸν,
Ποίους θαλάσσης οὐκ ἐρευνήσει μυχούς;
Ποίαν δὲ χέρσον οὐκ ἀνιχνεύσει μολών;
Ἐπόψεται μὲν πρῶτα Τυφῶνος σκοπὰς,
Καὶ πέμπελον γραῦν μαρμαρυμένην δέμας,
Καὶ τὰς Ἐρεμβῶν ναυάταις ἠχθημένας
Πρεβλῆτας ἀκτάς. ὄψεται δὲ τλήμονος
Μύρρας ἐρυμνὸν ἄστυ, τῆς μογοστόκους

Ὠδῖνας

v. 820. Alius, *Menelaus*, Helenam raptam quaerens, cuius simulacrum a Mercurio abreptum erat, ah! quod mare, quam terram imperueſtigatam relinquet?

dem fateor me non ſatis intelligere, niſi quis ἐργάτην pro participio ἐργαζόμενον, i. e. *actu laborantem*, velit accipere. R.

820 Ὁ δ') Menelai errores poſt abſolutam Vlyſſis peregrinationem ſubiunguntur. Menelaus enim quum Helenam Troiae non reperiſſet, verum abreptam fuiſſe, nec unquam Troiam veniſſe cognouiſſet: ad eam quaerendam longis itineribus in Aegyptum contendit. Homerus tamen peregrinationis cauſam tribuit ſacrificiis, quae quondam omiſſa, in Aegypto eſſent inſtauranda. Alii etiam ſaluti eius hoc modo conſultum fuiſſe volunt, ne vna cum fratre, vt erat in fatis, interimeretur. Caeterum ex hac eius peregrinatione quaedam Aegypti praefectura nomen de illo ſumſit.

822 φυγὸν) abreptum a Mercurio, vt oſtendit Euripides Helena. Poteſt etiam ſimpliciter dici, Helenam inſtar auis alicuius auolantis euanuiſſe.

825 σκοπὰς) Sicilia, Arima dictos. Per anum capularem Cyprum ſynecdochice innuit. Nam quum in Cypro quondam lateret

Ve-

Quam tantorum ſuſtinere malorum experientiam.
Alius infauſtam maritus vxorem
Raptam quaerens, rumoribus auditis,
Requirensque ſimulacrum alatum, quod in caelum aufugerat,
Quos non angulos maris ſcrutabitur?
Quam non terram inueſtigatum ibit?
Videbit primum Typhonis ſcopulos,
Et anum capularem factam marmoream,
Et Eremborum nautis piſcata
Prominentia litora; videbit deinde miſerae
Myrrhae munitam vrbem, cuius puerperas

v. 825. Videbit Siciliam, Cyprum, Ichthyophagos;
v. 828. videbit Byblum, Myrrhae vrbem, quae ob amorem patris inceſtum in arborem mutata, demum peperit;

Venus, et a diis quaereretur, anus cuiusdam indicio prodita eſt, quam deinde irata mutauit in ſaxum. Atque ita quidem Scholiaſtes: verum ego Plutarchum ſequi malim, qui Erotico, poſtquam dixit, grauiter ſaepe puniri eos, qui ſunt in amantes ingrati, de hac anu ſubiungit: *τί γὰρ ἂν λέγοι τις εὐξύνθετον καὶ λευκομαντίδα τὴν ἐν Κύπρῳ παρακύπτουσαν νῦν προσαγορευομένην*, et paulo poſt, *ἐκείνη μὲν ἀπελιθώθη παρακύψασα τὸν ἐρασὴν ἰδεῖν ἐκκομιζόμενον*. Similis eſt in Ouid. Anaxaretes fabula.

827 Ἐρεμβῶν) apud Nilum habitantium: qui aliter Troglodytae et Ichthyophagi nuncupantur. Myrrhae vrbem dicit Byblum, in qua Myrrha, poſtquam in arborem verſa fuit, partu ſoluta eſt. Hiſtoriam narrat Ouidius. Puerperae dicuntur aegritudines, vt Lucinas horas protulit Prudentius.

827 ἠχθημένας) Ita editi, quos videre licuit, omnes, etiam tres codd. Witteb. Scholiaſtae vero inediti addunt inſuper μεμισημένας. Sed deſunt argumenta hiſtori-

Ὠδῖνας ἐξέλυσε δενδρώδης κλάδος.
Καὶ τὸν θεᾷ κλαυσθέντα Γαύαντος τάφον
Σχοινίδι μουσόφθαρτον Ἀρέντα, Ξένη,
Κραντῆρι λευκῷ τόν ποτ' ἔκτανε πτέλας.
Ἐπόψεται δὲ τυρσίας Κηφῆδας,
Καὶ Λαφρίᾳ λακτίσμαθ' Ἑρμείᾳ ποδὸς,
Δισσάς τε πέτρας, κέπφος αἷς προσήλατο
Ἀκτὸς χατίζων. ἀντὶ θηλείας δ' ἔβη,
Τὸν χρυσόπατρον μόρφνον ἁρπάσας γνάθοις,
Τὸν ἡπατεργὸν ἄρσεν' ἀρβυλόπτερον.
Πεφήσεται δὲ τᾷ θερισπέρος ξυρῷ,
Φάλαινα δυσμίσητος ἐξινωμένη,

Ἱππο-

v. 831. videbit ſepulchrum Adonidis, quod Venus defleuit, quia eum Muſae, odio Veneris, immiſſo apro, occiderunt;

v. 834. videbit quoque Aethiopiam, in qua olim Mercurius pedis pulſu fontem excitauit,

ſtorica, quae hanc lectionem adiuuent; multoque probabilior eſt lectio ἰχθυμένας, quam in verſionibus ſuis Canterus et Scaliger expreſſerunt; quanquam et hoc verum eſt, inuſitatam eſſe formam ἰχθύω, cum rectius dicatur ἰχθυάω, quod ipſum quoque ſupra iam v. 46. occurrit. Caeterum mutare quidquam in textu nolui. R.

831 Γαύαντος) Adonidis Byblii, qui tamen cum Cyprio ſaepe confunditur. Eum Veneris odio Muſae interemerunt, immiſſo per venationem apro, cuius dente periit; vide Theocriti canticum elegantiſſimum εἰς νεκρὸν Ἄδωνιν. Schoenis dicitur Venus a iuncis, vt vult Scholiaſtes: Arenta a iungendis et copulandis amantibus. Hoſpita Venus colebatur ab Aegyptiis, teſte Herodoto.

832 μετ' φθαρτον) Duriſſima locutio: *ſepulchrum Gauantis a Muſis perditum*, quum non *ſepulchrum*, ſed *Gauantem ipſum*, (h. e. *Adonidem*) Muſae, Veneris odio, per-

Aegritudines exſoluit arboreus cortex:
Et Gauantis ſepulcrum a Muſis perditi,
Schoenidi defletum deae Arentae Hoſpitae,
Quem dente quondam albo aper occidit.
Videbit quoque turres Cephei,
Et Laphrii calcitratus Mercurialis pedis,
Geminaque faxa, ad quae cepphus aſſiliit
Dapis egens: pro virgine autem aquilam
Aurigenam maxillis rapiens diſceſſit,
Iecinorum diſſectricem, maſculam, pennipedem.
Interficietur autem nouacula meſſoris
Balaena inuiſa eneruata,

v. 836. et illa ſaxa, ad quae eſuriens cetus ille acceſſit, qui Andromedam volebat deuorare, ſed pro ea Perſeum in ſtomachum ſuum recipere cogebatur, qui eius inteſtina diſcidit. (*v. ſimile quid de Hercule, ſupra v. 33--38. coll. v. 476. 477.*) Atque hic cetus tum occidetur a Perſeo, qui collo Meduſae amputato, equum et hominem ex huius monſtri collo exſilire vidit; quique, oſtenſo Meduſae capite, vnumquemque in ſaxum mutare poterat, etiam oculum communem trium ſororum Gorgonum furatus erat.

perdiderint. Sed haec eſt vere Lycophronea durities, cuius plura exempla in praefatione ſupra collecta legi poſſunt. Scaliger μεσόφθαλμον non expreſſit. R.

834 Κηφηίδας) Aethiopum regis. Per *calcitratus* intelligit fontem, quem olim Mercurius, quum Ionem cuſtodiret, pedis pulſu excitauit: vnde et locus ipſe πτέρνα Ἑρμοῦ dictus. Laphrius vocatur Mercurius, quomodo Minerua ſupra Laphria.

836 κέτφος) is heic pro ceto ponitur, quem Neptunus in Aethiopiam immiſerat, iuſſo inſuper Cepheo Andromedam filiam belluae epulandam proponere: quam deinde Perſeus monſtrata ceto Gorgonis facie (aut in ventrem ceti ingreſſus, more Herculis, vt videtur velle Lycophron) a morte liberauit, et vxorem duxit.

Au-

Ἱπποβρότους ὠδῖνας οἴξαντος τόκων
Τῆς δειροπαιδος μαρμαρώπιδος γαλῆς·
Ος ζωοπλαςῶν ἄνδρας ἐξ ἄκρᾳ ποδὸς
Ἀγαλματώσας ἀμφελυτρώτει πέτρων,
Λαμπτηροκλέπτης τριπλανῆς ποδηγίας.
Ἐπόψεται δὲ τὰς θρεοπότους γύας,
Καὶ ῥεῖθρον Ἀσβύσαο καὶ χαμευνάδας
Εὐνὰς, δυσόδμοις θηρσὶ συγκοιμώμενος.
Καὶ πάντα τλήσεθ' εἵνεκ' Ἀργείας κυνὸς
Τῆς θηλύπαιδος καὶ τριάνορος κόρης.
Ἥξει δ' ἀλήτης εἰς Ἰαπύγων ςρατὸν,
Καὶ δῶρ' ἀνάψει παρθένῳ Σκυλητρίᾳ,

Τα-

v. 847. Videbit porro (*Menelaus*) Aegyptum, ibique, vt Proteo de fatis ſuis reſponſum eliciat, inter foetidas balaenas dormiet, et omnia incommoda, Helenae ſuae cauſſa, tolerabit.

Aurigenam dicit Perſeum, ex aureo Danaës imbre genitum. Eundem vocat et pennipedem, quod Mercurii talaria ſumſerat, a quo etiam falcem acceperat, quae heic nouacula.

838 μόρφνον) Μόρφνος proprie eſt *obſcurus*, *tenebroſus*, ab ὄρφνη, deinde *aquilae genus* apud Ariſtotelem, Hiſt. anim. L. IX. c. 32. quae notio huc inprimis conuenit. Scholiaſtarum ineditorum γόνος, quo hanc vocem explicant, quid ſibi velit, non poſſum aſſequi. R.

840 Πεφήσεται) interfectus fuit; neque recte heic Scholiaſtes Poëtae inſultat, et crapulam obiicit, quum tales Metachronismi et poëtis familiares ſint, et Caſſandram valde deceant; itaque eadem figura dicet infra:

Θαλασσόπαις δίμορφος αὐδάξει θεός.

Meſſorem vocat Perſeum, qui Meduſae Gorgonis caput demeſſuit et amputavit.

842 Ἱπποβρότους) Nam collo Meduſae amputato, equus ex eo et homo prodierunt. Itaque vocat Medu-

Equihominis qui aperuit parituras
Ex collo parientis muſtelae ſaxificae:
Qui effingens homines ab extrema calce
In ſtatuas conuertendo ſaxis inuoluet,
Lucernalis fur triuagae deductionis.
Videbit etiam aeſtate irrigata arua,
Et Asbyſtae fluuium, et humi ſtratorum
Cubilia, foetentibus balaenis condormiens:
Omniaque feret Argiuae canis gratia,
Mulierperae triconiugis puellae.
Tum veniet ad Iapygum erro exercitum,
Ac dona virgini ſuſpendet Spoliatrici,

v. 852. Tum veniet in Apuliam, et, victis ibi Iapygibus, Minervae ſpolia dedicabit, aeneum craterem, et crepidas Helenae ſuae.

duſam ex collo parientem: nec non ſaxificam, propter effectum; muſtelae autem marinae dicuntur ex collo ſiue ore parere.

845 Ἀγαλματώσας) oſtenſo Meduſae capite, vt Cephenis apud Ouid. Pro πέτρων legendum cenſuerim πέτρον. Vocat deinde Perſeum furem lucernae ſeu oculi, quo Gorgones tres viciſſim vtebantur, quemque Perſeus, vt Meduſam commodius obtruncaret, interuertit.

847 γύας) Aegypti, quam Nilus quotannis inundat. In Aegypto porro Troiam nouam condidiſſe Menelai comites, auctor eſt Diodorus. Asbyſtes dicitur fluvius gentili vrbis nomine, ſicut et Biſaltes.

849 συγκοιμώμενος) ad obtinendum a Proteo reſponſum. Extat fabula Odyſſ. δ. Argiuam canem dicit Helenam, quae tantum feminas pariebat, vt Hermionam et Iphigeniam: ac tres habuerat viros, Menelaum, Paridem, Deiphobum; nam reliqui duo, Theſeus et Achilles, legitimi coniuges non fuere, quum alter eam ſeptennem, alter ſecundum quietem vxorem habuerit.

Cae-

Ταμάσιον κρατῆρα, καὶ βοάγριον,
Καὶ τὰς δάμαρτος ἀσκέρας εὐμαρίδας,
Ἥξει δὲ Σῖριν καὶ Λακινίᾳ μυχούς.
Ἐν οἷσι πόρτις ἔρχατον τεύξει θεᾷ
Ὁπλοσμίᾳ φυτοῖσιν ἐξησκημένον.
Γυναιξὶ δ' ἔσαι τεθμὸς ἐγχώροις ἀεὶ
Πενθεῖν τὸν εἰνάπηχυν Αἰακοῦ τρίτον
Καὶ Δωρίδος, πρησῆρα δαΐδ μάχης,
Καὶ μήτε χρυσῷ φαιδρὰ καλλύνειν ἑέθη,
Μήθ' ἁβροπήνους ἀμφιβάλλεσθαι πέπλους
Κάλχῃ Φορυκτοὺς, ἕνεκα θεᾷ θεὸς
Χέρσου μέγαν σόρθυγγα δωρεῖται κτίσαι.

Ἥξει

v. 856. Adibit quoque Italiam, et promontorium Crotonis, vbi Thetis Iunoni hortum dedicabit;

Caeterum pro Ἀργείας habet Stephanus Αἰγύας, est enim illi Αἴγυς vrbs Laconiae, secundum Euphorionem.

851 τριάνορος κόρης) Intelligitur Helena, quae tres viros habuit, Menelaum, Paridem ac Deiphobum. Iam quidem supra v. 143. vocatur πεντάλεκτρος, et quinque eius viri ordine recensentur. Sed tenendum est, Theseum et Achillem, qui tribus iam dictis ibi adiiciuntur, legitimos coniuges non fuisse, quod ipsa quoque historia fabulosa docet. R.

852 Ἰαπύγων) Apulorum, quorum deuicto exercitu, Mineruae Spoliatrici, cui spolia tribuuntur, dicabit donaria. Ἀσκέρας et εὐμαρίδες idem valent. Siris Italiae fluuius est, et vrbs. Lacinium Crotonis est promontorium, in quo et Iunonis Laciniae templum fuit.

854 Ταμάσιον κρατῆρα) Canterus *Tamasium* seu *Temesium* appellatiue sumsit, vertens *aeneum*, ab vrbe Temesa, metallis valde nobili, adeoque intelligit ita, vti vulgo apud poëtas gentilia adiectiua pro *optimis cuiusque generis rebus* poni solent, v. c. thus *Sabaeum*, sagitta *Cretica* vel *Gortynia*, mel *Hymettium*, i. e. opti-

Aeneum craterem, et clypeum bubulum,
Atque vxoris crepidas ſuae.
Adibit etiam Sirin et Lacinii ſinus,
Vbi iuuenca hortum deae faciet
Hoplosmiae plantis exornatum.
Mulieribus autem indigenis mos erit ſemper
Lugere nouemcubitalem, ab Aeaco tertium
Et Doride, bellicae fulmen pugnae,
Nec vel auro nitida decorare corpora,
Vel molles veſtes circumdare
Purpura tinctas: quoniam Deae Dea
Magnum terrae cacumen dabit habitandum.

Ad-

v. 859. in qua regione mulieres deinde hunc morem ſeruabunt, vt Achillem lugeant, (cuius cauſſa Thetis ipſum illum hortum Iunoni inſtituet) atque nec auro corpora ornent, nec purpureas veſtes induant. Nam Iunoni Thetis Lacinium (illud cacumen) totum conſecrabit.

optimum. Cum eo etiam Potterus ad h. l. conſentit. Sed Meurſius ſingularem aliquem ſcyphum et haereditarium innui putat, qui, auctore Diogene Laërtio, Lib. I. c. 1, §. 8. extr. (in vita Thaletis) a Vulcano factus, Pelopi, vxorem ducenti, donatus, hereditate poſtea ad Menelaum et Helenam peruenerit, quae eum, profuga cum Paride, in mare Coum abiecerit. Vnde multis poſt ſaeculis (hoc enim addit ibi Laërtius) a piſcatoribus extractus reti, anſam dederit illi inter ſeptem Graeciae ſapientes orto certamini, et a Thalete tandem Apollini fuerit dedicatus. Non poſſum vlla coniectura aſſequi, quid virum tam doctum mouerit, vt hunc ipſum illum ſcyphum, non alium potius quemcunque hic intelligeret, praeſertim, cum apud Laërtium nec vola, nec veſtigium appareat, eundem eſſe, imo Laërtii locus ipſe huic opinioni quam maxime repugnet. Si enim Helena (e Laërtii fide) iam in fuga craterem illum in mare proiecerat, quomodo

Ἥξει δὲ ταύρου γυμνάδας κακοξένους
Πάλης κονίσρας, ὅν τε Κωλῶτις τεκνοῖ,
Ἀλεντία κρείσσα Λογγέρου μυχῶν,
Ἄρπης Κρόνᾳ πήδημα Κογχείας θ' ὕδωρ
Κάμψας, Γονῆσάν τ' ἠδὲ Σικανῶν πλάκας.
Καὶ θηροχλαίνᾳ σηκὸν ὠμησῆ λύκου,
Ὃν Κρηθέως ἄμναμος ὁρμίσας σκάφος
Ἔδειμε πεντήκοντα σὺν ναυπηγέταις.
Κρόκαι δὲ Μινυῶν εὐλιπῆ σελγίσματα
Τηρῆσιν, ἅλμης ἠδὲ Φοιβάζει κλύδων,
Οὐ δ' ὀμβρία σμήχσασα δυναιὸν νιφάς.
Ἄλλας δὲ θῖνες, οἵ τε Τευχείρων πέλας
Μύρμηκες αἰάζσιν ἐκβεβρασμένους
Ἔρημον εἰς Ἄτλαντος οἰκητήριον

Θρυλ-

v. 866. Adibit deinde et Siciliam, habitaculum Erycis, Veneris filii; ambiens Drepanum, Gonusam, Sicaniam, remplumque Herculis, quod Iason cum quinquaginta nautis ei exstruxit, quorum sordes adhuc et strigmenta in littore ibi seruantur, neque a mari vel a pluuia exterguntur.

do Menelaus, Helenam adhuc quaerens (quod Lycophron narrat) eundem in Apulia Mineruae poterat dedicare. Itaque haud dubitanter Canteri ac Potteri simplicissimam interpretationem doctis Meursii nugis praeferre mihi liceat. R.

857 πόρτις) Thetis. De Hoplosmia Iunone diximus. Nouemcubitalem intellige Achillem, Thetidis filium, ab Aeaco Pelei patre, et Doride Thetidis matre ortum. Quin etiam Eleae matronae, primis ludorum initiis, inter caeteros, quos Achilli habebant honores, solenni ritu pectus plangebant; testis Pausan. Eliac. β. Terrae cacumen de Lacinio intelligitur.

866 ταύρᾳ) Erycis Siculi, qui hospites lucta victos interimere solebat. Filius autem fuit Veneris, quae Colotis vocatur a iuuene quodam,

Adibit deinde tauri gymnaſticas inhoſpitas
Luctae palaeſtras, quem Colotis genuit
Alentia, regina ſpecuum Longuri:
Falcis Saturniae ſaltum, et aquam Concheae
Ambiens, Gonuſamque, et arua Sicanorum,
Et ferinam induti lupi crudelis templum,
Quod Crethei nepos appulſa naue
Cum quinquaginta nauium fabris extruxit.
Litora vero pinguia Minyarum ſtrigmenta
Seruant, nec vel maris expurgat aeſtus,
Vel pluuia diu nix extergens.
Alios litora ſaxaque iuxta
Teuchira lugebunt, in Atlantis
Deſertum eiectos diuerſorium,

Frag-

v. 877. Alios tres, *Guneum*, *Prothoum*, et *Eurypylum*, littora et rupes lugebunt, eiectos in Libyam et miſere diſcerptos,

dam, qui a manibus et pedibus (ea Graecis κῶλα) olim ſuſpenſus, poſtquam a puella quadam ſolutus fuit, Veneri Colotidi templum Athenis dedicauit. Alii malunt a femoribus nomen duci, vt Lucianus a promontorio Alentia vel Aleſias dicitur Venus ab Alente, Colophonis fluuio, ad quem colebatur. Longurus Siciliae lacus, vt et Gonuſa.

869 πήδημα) Corcyram, in quam Saturni falx decidit. De Conchea nihil adhuc apud vllum ſcriptorem reperire potui. De Sicanis vide Diodorum.

871 Ἡρακλείᾳ) Herculis, cui Iaſon, Crethei nepos, templum circa Syrtin, peractis ibi certaminibus, extruxit.

875 Τηξῆσιν,) Strabo ε: καὶ δὴ καὶ ἀπὸ τῶν ἀποσκεγγισμάτων παγέντων, ἃ ἔποισιν οἱ Ἀργοναῦται, φασὶ διαμένειν ἔτι καὶ νῦν διὰ ποικίλης τὰς ἐπὶ τῆς ἠιόνος ψήφους. Apollonius haec Aethaliae inſulae tribuit.

877 Ἄλλους δὲ) Guneum, Prothoum, et Eurypylum. Teu-

Θρυλλιγμάτων δέρτροισι προσσεσηρότας·
Μόψον Τιταιρώνειον ἔνθα ναυάται
Θανόντα ταρχύσαντο, τυμβείαν θ' ὕπερ
Κρηπίδ' ἀνεσήλωσαν Ἀργὼς δορὸς
Κλαοθὲν πέτευρον, νερτέρων κειμήλιον,
Αὐσίγδα, Κιννύφειος ἣν τέγγων ῥόος
Νασμοῖς λιπαίνει. τῷ δὲ Νηρέως γόνῳ
Τρίτωνι Κολχὶς ὤπασεν δάνος γυνὴ
Χρυσῷ πλατὺν κρατῆρα κεκροτημένον,
Δείξαντι πλωτὴν οἶμον, ἢ διὰ σενῶν

Μύρ-

v. 881. vbi Argonautae Mopſum ſepelierunt, et ſuper ſepulchro fragmentum nauis ſuae prope Auſigdam, vrbem ad flumen Cinnyphum ſitam, erexerunt,

Teuchira Libyae vrbs, poſt Arſinoë dicta. Atlantis diverſorium eſt Libya, in qua eſt Atlas mons altiſſimus, ab incola denominatus.

880 προσσεσηρότας) Vox h. l. admodum difficilis ad interpretandum. Nam vt nihil de varietate lectionis dicam (aliis legentibus προσεσηρότας, aliis προσερηρότας, quorum illud Codex Witteb. Pergam. hoc reliqui duo chartacei habent, vtrumque ſine ſenſu et contra metrum) vox ipſa paulo rarius occurrit, neque e conſuetis eius ſignificatibus vllus ſatis huc conuenire videtur. Scholiaſtes explicat διεσχισμένας, et verba: δέρτροισι θρυλλιγμάτων per Hypallagen poſita putat pro θρυλλίγμασι δέρτρων ἢ σωμάτων, quod mihi nimis durum videtur. Quid enim eſt *laceratos fragmentis corporum*? Facilius eſſet, ſi ſine Hypallage explicaremus: *laceratos roſtris* (i. e. *acuminibus*) *fragmentorum*, (i. e. *nauium*) quem ſenſum videntur Canterus et Scaliger in vertendo expreſſiſſe. Sed difficultas manet in eo, quod προσσαίειν *lacerandi* aut *ſcindendi* notionem plane non habet. Itaque ad reperiendum ſenſum equidem ſic proceſſerim: Propria ac prima τῆς σαίρων notio eſt ver-

Fragmentorum puncturis corrugatos:
Vbi Mopſum nautae Titaeronium
Mortuum ſepelierunt, et ſupra ſepulcralem
Crepidinem erexerunt Argoae nauis
Fractam tabulam, inferorum donarium,
Apud Auſigda, quam Cinnyphius humectans fluuius
Aquis fecundat: Nereique filio
Tritoni donum Colchica dedit mulier,
Ex auro latam pateram conflatam,
Quum nauigabilem monſtraſſet viam, qui per anguſtos

Sco-

v. 886. et vbi Medea Tritoni donauit auream pateram, quod ipſis tutam per Syrtes viam monſtraſſet, praedicens, Graecos Libyae imperium accepturos tum;

verrere; ergo προσσαίρειν eſſet *aduerrere*, *aliquid ad aliud verrendo adiicere*, per tropum autem de fluctibus vſurpatum: *aliquem allidere*. Iam Datiuus ille δέτροισιν eſſe poteſt vel datiuus *obiecti*, ad quod alliſi ſunt, vel *inſtrumenti*, quo alliſi ad aliquid fuerunt. Priori ſenſu eſſet: *ad fragmentorum acumina* (ſc. a fluctibus) *alliſos*, (*an die Spitzen der Schiffstrümmern von den Wellen angeſchleudert*) poſteriori: *fragmentorum acuminibus innitendo*, *inſidendo* (a fluctibus ad ſaxa) *alliſos*, (*auf den Schiffstrümmern an die Felſen angeſchleudert.*) Ego prius praetulerim. Iudicent, qui ſunt peritiores. R.

881 Μόψον) Argonautam, Ampyci filium, et Titaeronis, qui vrbi nomen dedit, nepotem; is morſu ſerpentis periit, teſte Apollonio. Iam alius eſt hic Mopſus ab eo, qui ſupra fuit Apollinis filius.

883 ἀνεσκάλωσαν) Idem fit Elpenori apud Homerum, Idmoni apud Apollon. Palinuro et Miſeno apud Virgilium.

885 Αὐσίγδα) Libyae vrbem, numero multitudinis, ſe-

Μύρμων ἐνήσει Τῖφυς ἄθραυστον σκάφος.
Γραικοὺς δὲ χώρας τȣτάκις λαβεῖν κράτη,
Θαλασσόπαις δίμορφος αὐδάξει θεὸς,
Ὅταν παλίμπȣν δῶρον ἄγραυλος λεὼς
Ἕλλην' ὀρέξῃ νοσφίσας πάτρας Λίβυς.
Εὐχὰς δὲ δειμαίνοντες Ἀσβύσαι, κτέαρ
Κρύψȣσ' ἄφαντον ἐν χθονὸς νειροῖς μυχοῖς,
Ἐν ᾗ Κυφαίων δύσμορον στρατηλάτην
Ναύταις συνεκβράσουσι Βοῤῥαῖαι πνοαὶ.
Τόν τ' ἐκ Παλαύθρων ἔκγονον Τενθρηδόνος,
Ἀφρȣσίων σκηπτȣ̃χον Εὐρυαμπίων,
Καὶ τον δυνάστην τȣ̃ πετρωθέντος λύκου
Ἀποινοδόρπȣ καὶ πάγων Τυμφρηστίων.
Ὧν οἱ μὲν Αἰγώνειαν ἀθλιοπάτραν

Πο-

v. 893. quum hanc ipsam pateram Libyes Graeco, quem ex patria expellerent, rursus dedissent.

secundum Callimachum: insulam secundum Hecataeum. Eam Cinnyphus praeterfluit.

885 Αὐσίγδα) Absolute positum vrbis nomen cum praepositione intelligendum est, παρὰ, πρὸς, aut simili, sicuti et v. sequ. ad verba: τῷ δὲ Νηρέως γόνῳ, pariter subaudiendum est ὅπȣ. R.

887 Κολχὶς) Medea. Quod heic de patera dicitur, id ab Apollon. tripodi cuidam Apollinis Hyllaeensibus viae ducibus, et item alteri Tritoniae paludis praesidibus donato tribuitur: apud quem deinde, sicut et apud Pindarum, glebam Triton Euphemo et Argonautis tradit in xenium. Scopulos dicit Syrtes. De Tiphy Ouidius:

Tiphys in Aemonia puppe magister erit.

891 χώρας) Libycae. Apollonius:

— Πέπρωτο δ' ὅπη χθονὸς ἱδρυθεῖεν,
Μήποτε τὴν δηΐοισιν ἀναστήσεσθαι ἰȣ̃σι.

Triton biformis vocatur, quoniam supra homo, infra piscis

Scopulos illaesam Tiphys immitteret ratem.
Graecos porro tunc regionis accepturos imperium
Maris filius biformis praedicet deus,
Quando retrogradum donum rusticus populus
Libycus patria priuans, Graeco dederit.
Quas comminationes metuentes Asbystae, donum
Abscondent obscurum in cauis terrae sinubus:
In quam Cyphaeorum infelicem ducem
Cum nautis exspuent Borei flatus,
Et Palythrium Tenthredonis filium,
Amphrysiorum regem et Euryampiorum,
Ac dominum lupi in lapidem conuersi
Doniuori, montiumque Tymphresti.
Quorum alii Aegoneam miseri patriam

Desi-

v. 895. Quod vaticinium metuentes Libyes, donum illud sub terra abscondent, in quam *Gunem*, vna cum nautis suis, et *Prothoum*, Tenthredonis filium, Magnesium; et *Eurypylum*, Thessaliae dominum, ventus eiiciet;

piscis est, fuit autem rex Libyae secundum veram historiam. Per donum intellige pateram Tritoni donatam, quam deinde Libyes acceperint. Asbystae sunt Libyae populi. Cyphaei sunt in Perrhaebia, Gunei regno.

899 Τενθρηδόνος) Prothoum. Palythrium sumit pro Magnesio. Caeterum hunc versum cum Stephano sic lego:

Ἀμφρύσσιον σκηπτοῦχον εὐρυ-
ἄμπιον.

Amphrysus Magnesiae fluvius, cuius et vrbs Euryampe. Prothoi porro epitaphium in cenotaphio tale reperitur:

Σῶμα μὲν ἐν πόντῳ Προθόϊ
Τενθρηδόνος υἱῖ
Κεῖται. ἀνοίκτιτον δ' ὄνομα
τύμβος ἔχει. Id est:
Corpus habet pontus
Prothoi Tenthredone
nati.

Ποθοῦντες, οἱ δ' Ἐχῖνον, οἱ δὲ Τίταρον,
Ἶρόν τε, καὶ Τρηχῖνα, καὶ Περραιβικὴν
Γόνον Φάλανόν τ', ἠδ' Ὀλοσσόνων γύας,
Καὶ Κασανσίαν, ἀκτέρισον ἐν πέτραις
Αἰῶνα κωκύσεσιν ἠλοκισμένοι.
Ἄλλην δ' ἐπ' ἄλλῃ κῆρα κινήσει θεὸς,
Λυγρὴν πρὸ νόστου συμφορὰν δωρούμενος.
Τὸν δ' Αἰσάρου τε ῥεῖθρα καὶ βραχύπτολις
Οἰνωτρίας γῆς κεγχρίνῃ βεβρωμένον
Κρίμισσα Φιτρῶν δέξεται μιαιφόνον.
(Αὐτὴ γὰρ ἄκραν ἄρδιν εὐθυνεῖ χερσῶν

Σάλ-

v. 903. quorum alii, alias patriae suae (Thessaliae) vrbes desiderantes, in mari morientur, et insepulti iacebunt.

Iste viri tumulus nomen inane gerit.

901 λύκῳ) Locus est in Thessalia, qui λυκοσόμιον appellatur, quod ibi lupus quidam, quum boues et oues, quas pro Actore interfecto Peleus Acasto patri miserat, comedisset, in lapidem sit conuersus. Huius loci, sicut et Thessaliae totius, rex fuit Eurypylus: cuius latiorem historiam vide in Achaicis Pausaniae. Tymphrestus Melienſium mons est, Thessaliae populorum.

903 Αἰγάνειαν) Melienſium vrbem, aliis Aegonem. Echinus, Irus, Trachin, vrbes Thessaliae: Titarus vero mons. Gonus etiam Gonusa dicitur, et ab Hom. αἰπεινὴ Γονέεσσα. Phalanus et Olosson (contractum ex Oloosson) Epiri et Thessaliae sunt vrbes. Castanaea Magnesiae vrbs, de qua dicta sunt secundum quosdam τὰ καστάνια, sicut a Cerasunte cerasa.

911 Τὸν δ') Philoctetem, qui quum in Lemno relictus esset, a Graecis postea fuit arcessitus, quoniam ad expugnandam Troiam, Herculis sagittis, quae penes ipsum erant, opus videbatur. Hinc Propertius:

Troia

Deſiderantes, alii Echinum, Titarum,
Irum, Trachina, Perrhaebicam
Gonum, Phalanum, Oloſſonum arua,
Caſtanaeam, inſepultam in ſcopulis
Lugebunt aetatem lacerati.

Aliam vero poſt aliam Deus perniciem excitabit,
Difficiles ante reditum clades concilians.

Alium Aeſari fluuius, et vrbs parua
Oenotriae terrae Crimiſſa, ab hydro
Morſum recipiet, facis occiſorem.
(Ipſa namque extremam ſagittam diriget manu

v. 909. Sic aliam illis poſt aliam Deus cladem excitabit, dum nonnullis ante reditum multa mala perferenda deſtinabit.

v. 911. Alium, *Philoctetem*, ab hydro olim morſum, recipiet Italia, Paridis occiſorem; (nam ipſa Minerua manu ſua arcum et ſagittas eius, ab Hercule acceptas, ita diriget.)

Troiâ bis Oetaei numine capta dei.

ſiquidem ſemel ab Hercule ipſo capta fuit, iterum ipſius mortui ſagittis, quas iubebat oraculum in caſtra Graecorum deferri. Aeſarus, Crotonis fluuius. Ab hydro morſum fuiſſe Philoctetem, vel e Sophocle notum. De Crimiſſa Virg. Lib. III.

— *Heic illa ducis Meliboei*
Parua Philoctetae ſubnixa Petilia muro.

Eam poſtea Lucanorum fuiſſe metropolin, tradunt interpretes.

913 φιτρὸν) Paridis, quem dum gereret in vtero mater, facem in ſomniis viſa eſt videre. Tubicina Minerua ab Argiuis tamquam tubarum inuentrix colebatur. Illa, inquit Caſſandra, telum Philoctetis in Paridem recta diriget, intendens nexum Maeotium, ſiue arcum flexilem (niſi quis πλόκον de crinibus malit dici) quem Her-

Σάλπιγξ ἀποψάλλουσα Μαιώτην πλόκον.)
Δύρα παρ' ὄχθαις ὅς ποτε φλέξας θρασὺν
Λέοντα, ῥαιβῷ χεῖρας ὥπλισε Σκύθῃ
Δράκοντ' ἀφύκτων γομφίων λυροκτύπῳ.
Κρᾶθις δὲ τύμβους ὄψεται δεδμήτους,
Εὐραὶξ Ἀλαίου Παταρέως ἀνακτόρων,
Ναύαιθος ἔνθα πρὸς κλύδων' ἐρεύγεται.
Κτενοῦσι δ' αὐτὸν Αὔσονες Πελλήνιοι
Βοηδρομοῦντα Λινδίων στρατηλάταις,
Οὓς τῆλε Θερμύδρης τε Καρπάθου τ' ὀρῶν,
Πλάνητας αἴθων Θρασκίας πέμψει κύων,
Ξένην ἐποικήσοντας ὀθνείαν κόνιν.
Ἐν δ' αὖ Μακέλλοις σηκὸν ἔγχωροι μέγαν
Ὑπὲρ τάφων δείμαντες, αἰανῆ θεὸν

Λοι-

v. 916. qui, combusto ad Duram, Trachiniae fluuium, Hercule, hoc eius arcu manus suas postea armauit.

Hercules a Teutaro Scytha acceperat.

916 Δύρα) Trachiniae fluuii, iuxta quem Hercules in rogo viuus combustus est, ministrante illi Philoctete, et pro mercede arcum simul cum sagittis accipiente; arcum enim heic draconem vocat, propter formam rotundam: vt alii, propter sibilum telorum. Sic ὄφιν vocauit sagittam Aeschylus. Et quemadmodum heic lyrae de telis dicuntur, ita vicissim Pindarus cantica sua lyrica vocat tela: et ψαλμοὶ per translationem de arcu dicuntur. Molares pro telis ponit, quae, tamquam dentes, mordent.

919 Κρᾶθις) fluuius Sybaritidis. Ouidius:

Crathis et hinc Sybaris vestris conterminus oris,
Electro similes faciunt auroque capillos.

Alaeo Apollini templum cum arcu dedicauit Philoctetes, postquam certam nactus sedem, ἀλᾶσθαι, id est, errare et vagari, desiit. Nauaethus, Italiae fluuius, a na-

Tubicina, Maeotium intendens nexum:)
Qui apud ripas Durae quondam comburens audacem
Leonem, curuo manus armauit Scythico
Dracone, ineuitabilium molarium lyricine.
Crathis vero ſepulcra mortui videbit,
E regione templorum Alaei Patarei,
Vbi Nauaethus effundit vndas.
Occident autem illum Auſones Pellenii
Auxiliantem Lindiorum ducibus,
Quos longe a Thermydri Carpathique montibus
Errones feruidus mittet Thraſcias canis
Peregrinam habitaturos alienam terram.
Macellis denique templum indigenae magnum
Super ſepulcrum exſtruentes, aeternum deum

v. 919. Sepulchrum eius erit ad Crathim fluuium, e regione templi, quod ipſe Apollini Alaeo ad Nauaethum flumen dedicavit. Occident autem eum Pellenii, Italiae coloni, qui Rhodios, in eandem terram a vento compulſos, arcere inde volent. Quibus, Rhodiis, cum auxiliabitur Philoctetes, a Pelleniis interficietur.

a nauium incendio denominatus. vide Halicarnaſſ.

921 πρὸς κλύδων' ἐρεύγεται) Tmeſis eſt, pro προσερεύγεται κλύδωνα, vti ſupra v. 70. πρὸς ἀλκὴν ἐναυγάζεσαν, pro προσεναυγάζεσαν ἀλκήν. R.

922 Κτενοῦσι δ') Quum enim Pellenii ex Achaia profecti Italiam incolerent, ſuperuenientes poſtea Lindii ſiue Rhodii, illos expellere noluerunt. Quod dum fieret, aduenit eo Philoctetes, qui a Rhodiis quum ſtaret, occiſus eſt in proelio a Pelleniis.

924 Οὓς) Lindios et Rhodios; nam Lindus eſt vrbs Rhodi, in qua Thermydrus et Carpathus montes. Alienam terram intellige Italicam.

927 Μακέλλοις) Italiae ciuitate, quam Polybius Μάκελλαν vocat. Quoniam tamen

Λοιβαῖσι κυδανεῦσι καὶ θύσθλοις βοῶν.
Ὁ δ' ἱπποτέκτων Λαγγαρίας ἐν ἀγκάλαις,
Ἔγχος πεφρικὼς καὶ φάλαγγα θερίαν,
Πατρῷον ὅρκον ἐκτίνων ψευδώμοτον,
Ὃν ἀμφὶ μήλων τῶν δορυκτήτων τάλας
Πύργων Κομαιθεῦς συμπεφυρμένων στρατῷ
Στεργοξυνεύνων ἕνεκα νυμφευμάτων,
Ἀλοῖτιν ἔτλη τὴν Κυδωνίαν θρασὼ
Ὁρκωμοτῆσαι, τόν τε Κρησώνης θεὸν
Καυδάον ἢ Μαμερτὸν ὁπλίτην λύκον,
Ὃ μητρὸς ἐντὸς δελφύος συγνὴν μάχην
Στήσας ἀραγμοῖς πρὸς κασίγνητον χεροῖν,
Οὔπω τὸ Τιτᾶς λαμπρὸν αὐγάζων φάος,

Οὐδ'

v. 927. Tandem in vrbe Italiae, Macellis, incolae ei templum super sepulchro exstruent, ipsumque pro Deo honorabunt.

men Macellus Siculis et Ionibus hortorum septum significat, vt docet libro IV. Varro: non absurde quis existimet, μακέλλης heic maceriam sonare, in qua sepultus fuerit Philoctetes.

930 Ὁ δ' ἱπποτέκτων) Epeus Phocensis, Panopei (ab hoc vrbs Panopeus dicta) filius, qui Durateum equum fabricatus est. Langaria, vrbs Italiae, quam incoluit Epeus: id quod heic, tamquam ἐλλειπτικῶς propter hyperbaton sequens omissum, subaudiendum venit.

930 Ὁ δ' ἱπποτέκτων) Hic necessario e praecedentibus supplendum est verbum εἰκήσει, aut simile, quoniam infra nihil est, quod ad hunc Nominatiuum referatur. Scholiastes hoc quoque iam monuit. R.

933 Ὃν ἀμφὶ μήλων) Quum liberi Pterelai, Teleboarum ac Taphiorum regis, boues Electryonis, Mycenarum regis, abegissent, et liberos vna occidissent; Alcmena, Electryonis filia, matrimonium suum illi promisit, quicumque fratrum ipsius mortem vlci-

scere-

Libationibus honorabunt et boum sacrificiis.
Equi fabricator in Langariae sinu,
Hastam horrens et cateruam bellicam,
Paternum luendo iusiurandum periurum,
Quod de ouibus captiuis miser,
Turribus Comaethonis exercitu vastatis
Vxoria propter connubia,
Ausus est per Aloetin Cydoniam audacem,
Thraciaeque deum Candaum Mauortem
Armatum lupum iurare,
Qui in matris vtero pugnam tristem
Peregerat manuum pulsibus aduersus fratrem,
Quum nondum Solis claram vidisset lucem,

v. 930. *Epeus* vero habitabit pariter in Italia, fabricator equi Troiani, sed idem natura timidissimus in bello. Luet enim periurium patris sui, Panopei, quod ille ausus est Mineruae ac Marti iurare, de praeda ouium Electryonis, a nemine attingenda, in eo bello, quo turres Comaethus, filiae Pterelai, Teleboarum regis, vastabantur propter amorem Amphitruonis in Alcmenam; praeterquam, quod hic Panopeus etiam ante natiuitatem suam in vtero matris cum fratre, Crisso, pugnauit,

sceretur: qua accepta conditione Amphitruo, Cephalo Athenienſi et Panopeo Phocenſi assumtis, Teleboas expugnauit opera Comaethonis, filiae Pterelai, quae Amphitruonis (secundum alios, Cephali) amore capta, aureum patris capillum desecuit. Iam in hoc bello milites suos sacramento obstrinxerat Amphitruo, ne quid de praeda (nam per oues tota praeda intelligitur) absconderent, quod quidem iusiurandum Panopeus transgressus est. Vxoria connubia dicit nuptias Alcmenae, quas ambibat Amphitruo.

936 Ἀλοῆτιν) Mars et Minerua, bellici sunt dii, per quos peierarat Panopeus. Dicitur Minerua Cydonia a Cydoniis Arcadiae vel Cretae populis. Eius templum Clymenus in Elide extruxit. Aloetis quomodo dici potue-

Οὐδ' ἐκφυγὼν ὠδῖνας ἀλγεινῶν τόκων.
Τοιγὰρ πόποι φύξηλιν ἤνδρωσαν σπόρον,
Πύκτην μὲν ἐσθλὸν, πτῶκα δ' ἐν κλόνῳ δορὸς,
Καὶ πλεῖστα τέχναις ὠφελήσανται στρατόν.
Ὃς ἀμφὶ Κῖριν καὶ Κυλισάρνῃ γάνος
Ἐπηλυς οἴκους τῆλε νάσσεται πάτρας.
Τὰ δ' ἐργαλεῖα, τοῖσι τετρήνας βρέτας
Τεύξει ποτ' ἐγχώροισι μέρμερον βλάβην,
Καθιερώσει Μυδίας ἀνακτόροις.
Ἄλλοι δ' ἐνοικήσουσι Σικανῶν χθόνα,
Πλαγκτοὶ μολόντες, ἔνθα Λαομέδων τριπλᾶς
Ναύταις ἔδωκε Φοινοδάμαντος κόρας,
Ταῖς κητοδόρποις συμφοραῖς δεδηγμένος,
Τηλοῦ προθεῖναι θηρσὶν ὠμησταῖς βορὰν,
Μολόντας εἰς γῆν ἕσπερον Λαιστρυγόνων,
Ὅπῃ συνοικεῖ δαψιλὴς ἐρημία.

Aἳ

v. 943. Hinc Dii eius filium, Epeum, bonum quidem pugilem et artificem exercitus vtilem, ſed ſimul bello timidum, creaſunt.

v. 946. qui in Italia, procul a patria ſua viuet, et inſtrumenta, quibus equum Troianum fabricauit, in templo Mineruae ſuſpendet.

tuerit, non video, niſi ea forte ratione, qua Bacchus ἄτης cognominatur, et Venus ἀνοσίᾳ. Mars deinde Thraciae deus vocatur, quod olim Thraces fuerint bellicoſi, quanquam et in Thraciae finibus procreatum tradidit Sophocles. Frater Panopei fuit Criſſus.

943 πόποι) Mars et Minerua, irati Panopeo periuro. Pugilem egregium fuiſſe Epeum, ex Iliade manifeſtum fit. Calaber etiam hoc elogium illi tribuit:

— Ἀλλ' ὅ οἵ τις ἐτόλμα ἔνεγγυς ἰκέσθαι
Εἵνεκα πυγμαχίης. πολέμου δ' ὅ πάγχυ δαήμων
Ἔπλετο λευγαλέῃ, ὁπότ' Ἄρεος ἔσσυτο δῆρις.

Cy-

Nec effugiſſet laborioſi dolores partus.
Quapropter dii timidum crearunt fetum,
Pugilem bonum, timidum autem in haſtae ſtrepitu,
Et arte plurimum exercitui vtilem:
Qui iuxta Cirin et Cyliſtarni latices
Aduena procul a patria deget.
Inſtrumenta vero, quibus fabricando ſtatuam
Dabit olim indigenis vafram noxam,
Myndiae templo dedicabit.
Alii Siculorum inhabitabunt terram,
Errones eo delati, vbi tres Laomedon
Nautis dedit Phoenodamantis filias,
Balaenam paſcentibus ſtimulatus cladibus,
Procul exponendas feris crudelibus,
Progreſſis in occidentalem Laeſtrygonum terram,
Vbi larga viſitur ſolitudo.

v. 951. Alii contra (*Troiani*) habitabunt in Sicilia, eo delati, vbi Laomedon tres Phoenodamantis filias (quia is Troianis ſuaſerat, vt Laomedontis filiam Heſionen ceto vorandam traderent, vid. v. 470---476.) nautis tradidit, vindictae cauſſa, vt eas in loco deſerto apud Laeſtrygonas ſ. Leontinos, feris beſtiis exponerent.

Cyris, et Cyliſtarnus, Italiae fluuii.

948 βρέτας) equum Durateum. Hunc ad Mineruam Iliacam placandam Graecos erexiſſe, probare nititur Dio in oratione pulcerrima, quae Τρωϊκὸς inſcribitur. Myndia dicitur Pallas a Myndo, Cariae vrbe, Stephanus tamen eam vult in Calchide coli. De hac Epei dedicatione conſcripta eſt Theocriti πέλεκυς (eam Simmiae attribuit Hephaeſtio) poëma elegans et artificioſum.

953 φοινοδάμαντος) cuius hiſtoria iam eſt explicata. Clades dicit eas, quibus Laomedon coactus fuit Heſionam filiam ceto exponere. Laeſtrygones nunc Leontini vocantur.

958

Αἱ δ' αὖ Παλαισοῦ μητέρος Ζηρυνθίας
Σηκὸν μέγαν δείμαντο, δωτίνην θεᾷ,
Μόρον φυγοῦσαι καὶ μονοικήτους ἕδρας,
Ὧν δὴ μίαν Κριμισσὸς, ἰνδαλθεὶς κυνὶ,
Ἔζευξε λέκτροις ποταμός· ἡ δὲ δαίμονι
Τῷ θηρομίκτῳ σκύλακα γενναῖον τεκνοῖ,
Τρισσῶν συνοικισῆρα καὶ κτίσην τόπων.
Ὃς δὴ ποδηγῶν πτόρθον Ἀγχίσου νόθον
Ἄξει τρίδειρον νῆσον εἰς λικτηρίαν.
Τῶν Δαρδανείων ἐκ τόπων ναυσθλόμενον.
Αἰγέσα τλῆμον· σοὶ δὲ δαιμόνων φραδαῖς
Πένθος μέγιστον καὶ δι' αἰῶνος πάτρας
Ἔσαι πυρὸς ῥιπαῖσιν ἠθαλωμένης.
Μόνη δὲ πύργων δυσυχεῖς κατασκαφὰς
Νήπαυστον αἰάζουσα καὶ γοωμένη
Δαρὸν σενάξεις. πᾶς δὲ λυγαίαν λεὼς
Ἐοθῆτα προστρόπαιον ἐγχλαινάμενος,
Αὐχμῷ πινώδης λυπρὸν ἀμπρεύσει βίον.
Κρατὸς δ' ἄκαρος νῶτα καλλυνεῖ Φόβη,

Μνή-

v. 958. Illae vero Veneri, Erycis matri, quod haec deserta loca simulque necem effugissent, templum, grati animi caussa, exstruxerunt.

v. 961. Earum vnam Crimissus fluuius, canis forma inductus, compressit, filiumque ex ea suscepit Egestem, s. Acestem, qui tres Siciliae vrbes condidit, *Segestam*, *Erycem*, et *Entellam*,

958 Παλαισσ) Erycis, a cuius matre, Venere, seruatae sunt Phoenodamantis filiae.

963 σκύλακα) filium, Egestem nomine, et Acestem Virgilio dictum: qui tres in Sicilia vrbes condidit, Segestam, siue Acestam, Erycem, et Entellam. Spurius Anchisae dictus est Elymus, quem in Siciliam, tres habentem colles atque promontoria, abduxit vna cum aliis Troianis Egestes: vnde Trinacrius iuuenis videtur a Poëta vocari. Historiam vide in Halicarnass. Fol. 32. codicis Graeci.

969 πάτρας) antiquam, nempe Troiam. Lego autem heic προστρόπαιον vno verbo, nam de lugubribus vestibus loquitur Cassandra, nisi quis malit προστροπαῖον

gen-

Illae porro matri Luctatoris, Zerinthiae,
Templum exstruxere magnum, donum deae,
Mortem quum effugissent et sedes solitarias.
Harum vnam Crimissus, assimilatus cani,
Lecto iunxit fluuius, cui illa
Semifero generosum parit catulum,
Trium fundatorem et conditorem locorum:
Qui germen Anchisae manuducens spurium,
In insulam deducet tricollem margineam,
Dardaniis ex locis naui aduectum.
O misera Segesta, cui deorum decretis
Luctus erit maximus et perpetuus
Ob patriam ignis iactibus combustam.
Sola sane turrium subuersiones infelices
Incessanter deplorans ac lugens,
Diu gemes: omnisque populus nigram
Vestem piacularem indutus,
Situ squalidus maestam exantlabit vitam:
Capitisque intonsa coma tergum decorabit,

Me-

v. 965. et qui spurium Anchisae filium, Elymum, e Troia in Siciliam ducet.

v. 968. O misera Segesta, quae lugebis semper vastationem patriae tuae, Troiae, deplorans sola ex omnibus eius coloniis turrium nostrarum euersionem! Omnes incolae tui perpetuo nigra veste incedent, comaque intonsa, in memoriam querelarum veterum nostrarum.

gentile; est enim Περσεφόπαια Siciliae vrbs. Quinetiam Gregor. Nazanzenus in tragoedia sua carmen hoc a Lycophrone mutuatus περσεφόπαιον habet.

972 πᾶν δὲ λυγαίαν) Hoc ipsum, quod hic Lycophron de vestitu lugubri Cassandrum vaticinantem inducit, historia confirmat. Nam Iustinus L. IV. c. 4. narrat, Siculos illo habitu legatos Athenas misisse; eos autem Siculos *Coestanos* fuisse, patet e Thucydidis L. VI. c. 6. et Diodoro Siculo, Lib. XII. c. 83. Vid. omnino Schrevelii notam ad Iustini l. c. R.

976 ἄκαρσος) Hoc de viris intellige, mulieres enim contra comam in luctu tondebant apud Graecos.

978

Μνήμην παλαιῶν τημελῶσ' ὀδυρμάτων.
Πολλοὶ δὲ Σῖριν ἄμφι καὶ Λευταρνίαν
Ἄρουραν οἰκήσουσιν, ἔνθα δύσμορος
Κάλχας, ὀλύνθων Σισυφεὺς ἀνηρίθμων, 980
Κεῖται, κάρα μάσιγι γογγύλῃ τυπεὶς,
Ῥείθροισιν ὠκὺς ἔνθα μύρεται Σίνις,
Ἄρδων βαθεῖαν Χωνίας παγκληρίαν.
Πόλιν δ' ὁμοίαν Ἰλίῳ δυσδαίμονες
Δείμαντες, ἀλγυνοῦσι Λαφρίαν κόρην 985
Σάλπιγγα, δηώσαντες ἐν ναῷ θεᾶς
Τοὺς πρόσθ' ἔδεθλον Ξανθίδος ᾠκηκότας.
Γλήναις δ' ἄγαλμα ταῖς ἀναιμάκτοις μύσει,

Στυγνὴν

v. 978. Multi etiam reliquorum (*Troianorum*) in Italia ad Sirim et Leutarniam, vrbes, habitabunt, vbi Calchas, infelix calculator, (vid. v. 426.) pugno percussus est; et vbi Sinis fluuius Italiam permeat.

978 Πολλοὶ δὲ) reliquorum Troianorum. Siris et Leutarnia, Italiae vrbes; harum Siris postea Πολίειον dicta, pro fluuio quoque sumitur.

980 Κάλχας) de quo supra dictum fuit. Miris vero modis torquet se heic scholiastes, et solita audacia Lycophronem temere reprehendit. Id enim sciendum est, Calchanti praedictam fuisse mortem in hoc tempus, quo in vatem se peritiorem incideret, vt Colophone accidit. Eam historiam nunc Lycophron repetit, quasi diceret: Calchantem, postquam inferior in arte vaticinandi deprehensus est, occisum ab aliquo fuisse: quamuis alii dolore periisse tradant; nam quod ait de Hercule Scholiastes, ab eo occisum Calchantem: id vnde sumserit, nescio, ex Poëtae certe verbis nihil tale colligi potest, neque adeo ex quoquam eorum, qui Herculis res descripserunt. Sepulchrum Calchantis, cuius heic fit mentio, honorarium dumtaxat fuit; nam de eodem dicetur infra:

Ὃ

Memoriam veterum nutriens lamentorum.
Multi etiam circa Sirin et Leutarniam
Agrum habitabunt, vbi infelix
Calchas, grossorum Sisyphius multarum,
Iacet, caput flagello percussus rotundo:
Vbi celer strepit Sinis,
Profundam irrigans Choniae regionem.
Vrbem vero similem Ilio miseri
Condentes, dolore afficient Laphriam virginem
Tubicinam, perdentes in Deae templo
Xuthidas, qui sedes prius tenuerant.
Tum statua pupillis incruentis conniuebit,

Diram

v. 984. Hic igitur illi, nouam Troiam condentes, Mineruam vel de offendent, siquidem in eius templo Iones, veteres incolas occident. Ipsa Deae statua oculos claudet, cum Troiani, cum Crotoniatis iuncti, Ionum, (popularium tamen suorum) tam foedam stragem edent, vt etiam sacerdotem, Letarchum, ipsum ad aram trucidare audeant.

Ὁ δ' αὐσονείων ἄγχι Κάλχαντος τάφων
Δυοῖν ἀδελφοῖν ἕτερος ψευδηγέων.

Sisyphium vocat Calchantem, quod instar Sisyphi, qui etiam in prouerbium venit, callidus calculator, et prudens fuerit. Theognis:

Πλείονα δ' εἰδείη αἰολίς Σισύφη.

Dercyllidas quoque Xenophonti Sisyphus cognominatur. Flagellum rotundum de pugno potest intelligi, quandoquidem et alios multos hoc modo sustulit Hercules, vel de fulmine, dicitur enim et γογγυλάτης Iupiter. Chonia siue Chone olim dicta fuit Italia, testibus Hesych. et Steph. Itaque recte apud Aristot. χῶνες pro χάονες a doctiss. viro, P. Victorio, repositum est. Nominis originem quidam ad Herculem referunt, qui quum Aegyptiorum lingua Chon vocaretur, in Italiam delatus, Chones a se quosdam denominauerit. 985

Στυγνὴν Ἀχαιῶν εἰς Ἰάονας βλάβην
Λεῦσσον, φόνον τ' ἔμφυλον ἀγραύλων λύκων,
Ὅταν θανὼν λήταρχος ἱερείας σκύλαξ,
Πρῶτος κελαινῷ βωμὸν αἱμάξῃ βρότῳ.
Ἄλλοι δὲ πρῶνας δυσβάτους Τυλλησίους,
Λίνδ' ἁλισμίκτοιο δειράων ἄκραν,
Ἀμαζόνος σύγκληρον ἄρσονται πέδον,
Δέλης γυναικὸς ζεύγλαν ἐνδεδεγμένοι.
Ἣν χαλκομίτρᾳ θῆσσαν ὀτρηρῆς κόρης
Πλανῆτιν ἄξει κῦμα πρὸς ξένην χθόνα.
Ἧς ἐκπνεούσης λοισθον ὀφθαλμὸς τυπεὶς,

Πιθη-

v. 993. Alii, (*Graeci*) in Theſſaliam deferentur, patriam *Cleies*, Amazonis, quae in eos regnabit, quaeque, cum famula ſit Penthesileae, audito huius fato, ad eam quaerendam profecta, in Italiam eiicietur. Haec eſt illa Penthesilea, cui cum oculum Therſites effodiſſet, ab Achille, eius amaſio, haſta ideo occiſus fuit.

985 ἀλγυνῶσι) Quum enim Troiani iſti in Italiam veniſſent, Ionas ſiue Athenienſes, qui priores illam occuparant ſedem, expulerunt, adiuuantibus Crotoniatis et Achiuis: quique in Mineruae templum confugerant, eos vna cum ſacerdote trucidarunt. Laphria et Tubicina cur dicatur Minerua, docuimus. Pro ξαθίδος repono ξαθίδας, ex emendatione I. Aurati, viri vtraque lingua doctiſſimi, nam Ion fuit Xuthi filius, a quo Iones appellati Xuthidae, teſte Heſych.

988 ἀνακμάκτοις) Canterus ad verbum vertit: *incruentis*, Scaliger conuenientius: *puras*, h. e. vt ego interpretor, *ſanctas*, *diuinas*, *quae caedem humanam ferre non poſſunt*. Scholiaſtes ineditus minus recte: ἀδαμάστους. R.

990 ἔμφυλον) Graeci enim cum Graecis, nempe Athenienſes cum Achiuis, commiſſi erant. Pro flamine poſſet etiam proprium Letarchi nomen, qui fuerit ſacrificulae filius, poni. λήταρχον quidem Herodotus ab Achi-

Diram Achiuorum in Ionas cladem
Videns, caedemque gentilem luporum agreſtium,
Quando mortuus flamen, ſacerdotis catulus,
Primus nigro cruentabit aram ſanguine.

Alii montes inuios Tulleſios,
Linique maritimi iugoſum promontorium,
Amazonis haereditariam terram conſcendent,
Seruae mulieris excipientes iugum,
Quam baltheo cinctae aeneo famulam impigrae puellae
Errorem ducet vnda in externam terram:
Cuius vltimum expirantis perfoſſus oculus

Mor-

v. 1002. Illa vero *Clete* in Italia vrbem, Cleten, condet, omnesque reginae, ei ſuccedentes, pariter *Cletae* vocabuntur; quarum poſtremam deinde Crotoniatae occident, quanquam non ſine multo ſanguine, quia illa prius multos eorum, in pugna, virili animo proſternet.

Achiuis prytaneum dici teſtatur.

993 Ἄλλοι δὲ) Graeci. Tulleſii montes ſunt in Theſſalia. Pro ἀλισμήκτοιο Scaliger legit ἀλισμήκτοιο.

995 Ἀμαζόνος) Cletes, quae quum Pentheſileam heram, quae heic impigra puella vocatur, per mare quaereret, in Italiam tempeſtate delata, Cletem vrbem condidit, cuius reginae deinceps omnes Cletes nomen tenuerunt.

999 Ἧς) Pentheſileae, quam etiam poſt mortem Achilles amauit. Propertius:

Cuius vt auratam nudauit caſſida frontem,
Vicit victorem candida forma ſuum.

Poſtquam igitur cognouit a Therſite, qui heic propter formae turpitudinem ſimiformis vocatur, eius oculum eſſe laeſum, ipſum occidit.

1002

Πιθηκομόρφῳ πότμον Αἰτωλῷ φθόρον
Τεύξει τραφηκι Φοινίῳ τετμημένῳ.
Κροτωνιᾶται δ' ἄσυ πέρσασίν ποτε
Ἀμαζόνος, φθέρσαντες ἄτρομον κόρην,
Κλήτην, ἄνασσαν τῆς ἐπωνύμου πάτρας.
Πολλοὶ δὲ πρόσθεν γαῖαν ἐκ κείνης ὀδὰξ
Δάψασι πρηνιχθέντες, ἀδ' ἄτερ πόνων
Πύργους διαῤῥαίσασι Λαυρήτης γόνοι.
Οἱ δ' αὖ Τέρειναν, ἔνθα μυδαίνει ποτοῖς
Ὠκίναρος γῆν, φοῖβον ἐκβράσσων ὕδωρ,
Ἄλη κατοικήσασι κάμνοντες πικρᾷ.
Τὸν δ' αὖ τὰ δευτερεῖα καλλισευμάτων
Λαβόντα, καὶ τὸν ἐκ Λυκορμαίων ποτῶν
Στρατηλάτην σῦν, καρτερὸν Γόργης τόκον,
Πῆ μὲν Λίβυσσαν ψάμμον ἄξασι πνοαὶ
Θρῆσσαι, ποδωτοῖς ἐμφορέμεναι λίνοις.

Πῆ

v. 1008. *Alii* rursus post longos errores aliam Italiae vrbem, Terinam, ad Ocinarum fluuium sitam, incolent.

v. 1011. *Nireus* porro, ac *Thoas*, Aetolus, primum a Borea vento in Libyam, deinde rursus ab Austro in Epirum ferentur,

1002 ἄσυ) Cleten. Quam heic vocat reginam Cleten, posterior fuit illa, quae vrbem condidit, siquidem omnes, vt dicebam, Cletes vrbis reginae, Cletae vocabantur. Laures filios nuncupat Crotoniatas. Laure enim Crotonis vxor fuit. De Terina et Ocinaro dictum est.

1012 Λαβόντα) Nireum. Homerus:

Νιρεὺς ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε
Τῶν ἄλλων Δαναῶν μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα.

Aprum ducem intellige Thoantem, Andraemonis et Gorges filium, Aetolum natione; est enim Lycormus Aetoliae fluuius. Pedata vela dicit, quod pede suo siue fune subtus vtrimque tendantur et circumagantur; nam, vt inquit in-

Mortem ſimiformi pernicioſam Aetolo
Adferet, haſta cruenta ſecto.
At Crotoniatae vrbem populabuntur quondam
Amazonis, intrepida interfecta virgine
Clete, patriae cognominis regina.
Multi tamen prius terram ab illa mordicus
Mordebunt praecipitati, neque impune
Turres vaſtabunt Laures filii.
Alii rurſum Terinam, vbi humectat aqua
Terram Ocinarus, puram euomens vndam,
Incolent, errore graui fatigati.
Secundas vero pulchritudinis partes
Ferentem, et ex Lycormaeis ortum fluentis
Ducem aprum, robuſtum Gorges filium,
Nunc in arenam Libycam ducent flatus
Thracii, pedatis inuecti velis,

Nunc

v. 1019. vbi miſero in exilio degent partim ad Pindum montem, partim ad Crathim fluuium, et oppidum Polas, quod condiderunt Colchi, ab Aeeta, ad perſequendos Argonautas ac Medeam, emiſſi, ad flumen Dizerum.

interpres Apollonii, τὰ σχοινία, οἷς ἰσχυροποιῶνται ὁ ἱστὸς κατὰ τὰς γωνίας, πόδας καλοῦσιν, ἐφεξῆς δὲ τούτων, προπόδας. Virgilius:

Vna omnes fecere pedem.—

Lucanus quinto:

— *Et flexo nauita cornu*
Obliquat laeuo pede carbaſa. —

Et octauo:

— *quo nunc pede carbaſa tendi*
Noſtra iubes. —

Catullus pedem pro ipſo velo poſuit. Plautus verſoriam vocat, vt nuper Turnebus docuit, vir doctiſſimus. Argyrini porro ſunt Epiri populi, teſte Stephano, ne Scholiaſtis deliria ſequamur. Ceraunia quoque Epiri promontoria.

Πῆ δ' ἐκ Λιβύσσης αὖθις ἐμπίπτων νότος,
Εἰς Ἀργυρίννας καὶ Κεραυνίων νάπας
Ἄξει, βαρεῖ πρηστῆρι κυμαίνων ἅλα.
Ἔνθα πλανήτην λυπρὸν ὄψονται βίον
Λακμωνίᾳ πίνοντες Αἰάντος ῥοάς.
Κρᾶθις δὲ γείτων, ἠδὲ Μυλάκων ὅροις
Χῶρος, συνοίκους δέξεται Κόλχων Πόλας,
Μαστῆρας ἧς θυγατρὸς ἔσειλε βαρὺς
Αἴας Κορίνθῳ τ' ἀρχὸς Εἰδυίας πόσις,
Τὴν νυμφαγωγὸν ἐκκυνηγετῶν τρόπιν,
Οἳ πρὸς βαθεῖ νάσσαντο Διζηρῷ πόρῳ.
Ἄλλοι Μελίτην νῆσον Ὀθρωνῷ πέλας
Πλαγκτοὶ κατοικήσουσιν, ἣν πέριξ κλύδων
Ἔμπλην Παχύνω Σικανὸς προσμάσσεται,
Τῷ Σισυφείᾳ παιδὸς ὀχθηρὰν ἄκραν

Ἐπώ-

v. 1027. *Alii* Meliten insulam occupabunt, Pachyno obiectam, vbi est promontorium Vlyssium, in quo ille ab Hecuba, ab ipso occisa, in somniis territus, huic cenotaphium, Hecatae vero templum exstruxit, ad Helorum fluuium.

1020 Λακμωνίᾳ) Lacmone vocatur Pindi montis vertex, a quo multi oriuntur fluuii, in his Acas.

1021 γείτων) Aeanti. Crathidem Callimachi scholiastes in Arcadia, Herodotus in Achaia ponit, a quo etiam is, qui in Italia fluit, nomen acceperit; id quod et Pausaniae videtur. Mylaces, Epiri populi, in qua Nereus ac Thoas cum suis habitarunt. Polae etiam oppidum est Epiri, quod Colchi, quum Medeam non inuenissent, ad quam inuestigandam ab Aeete (is fuit Aeae vrbis in Colchide, et Corinthi princeps) missi fuerant, nec auderent in patriam reuerti, iuxta Dizerum fluuium extruxerunt, et ab exsilio, quoniam πόλαι Colchis exules notant, denominarunt. Callimachus, citante Strabone, de Colchis et Polis haec cecinit:

Οἳ

Nunc ex Libya contra ingruens Auſter
Ad Argyrinos et Ceraunios ſaltus
Aget, graui vento agitans mare:
Vbi erraticam degent miſeram vitam,
Lacmonii habentes Acantis aquam.
Crathis vero vicinus, et Mylacum finibus
Ager, accolas excipiet Colchorum Polis,
Quos filiae miſit inquiſitores durus
Aeae Corinthique princeps, Eidyiae maritus,
Sponſiferam inueſtigans nauem:
Qui iuxta profundum Dizeri fluentum habitarunt.
Alii Melitem inſulam iuxta Othronum
Errones occupabunt, quam vndique fluctus
Siculus prope Pachynum rigat,
Siſyphii filii iugoſum promontorium

v. 1034. *Elpenor*, qui caſu infelici Abantem, auum, occidit, procul a patria, Euboea (quia homicidam Erinnys non ſinit intra patriam manere, niſi poſt anni integri exilium) conuocabit ſocios ſuos in quodam ſcopulo, exilium iis indicet, et claſſe profectus, Othronum tenebit.

Οἱ μὲν ἐπ' Ἰλλυρικοῖο πόρου σχάσαντες ἐρετμά,
Λᾶας παρὲξ ξανθῆς ἀρμονίης ὄφιος
Ἄσυρον ἐκτίσσαντο, τὸ μὲν φυγάδων τις ἐνίσποι
Γραικὸς, ἀταρ κείνων γλῶσσ' ὀνόμηνε πόλας.

Hanc vrbem Plinius Colchinum videtur vocaſſe, Sponſiferam nauem vocat Argonem, qua Medea fuerat abducta.

Apollonius quoque:

Οἱ δ' ἄρ' ἐπ' Ἰλλυρικοῖο μελαμβάθεος ποταμοῖο,
Τύμβος ἵν' Ἀρμονίης Κάδμοιό τε πύργον ἔδειμαν
Ἀνδράσιν ἐγχελέεσσιν ἐφεσσιοι. —

1027 Μελίτην νῆσον) Pachyno obiectam, a qua Melitaei catelli celebrantur, quanquam alii ad Illyricam Meliten hanc originem referant. Othronus, inter Epirum et Italiam inſula.

1030 Σισυφίδαι) Vlyſſis, qui quum propter Hecubam

Ἐπώνυμόν ποθ' ὑστέρῳ χρόνῳ γράφων,
Κλεινόν θ' ἵδρυμα παρθένε Λογγάτιδος,
Ἕλωρος ἔνθα ψυχρὸν ἐκβάλλει ποτόν.
Παππόκτονος δ' Ὀθρωνὸν οἰκήσει λύκος,
Τηλῆ πατρῷα ῥεῖθρα Κοσκύνθε ποθῶν.
Ὃς ἐν θαλάσσῃ χοιράδων βεβὼς ἔπι
Ῥήτρας πολίταις τὰς στρατοπλώτας ἐρεῖ.
Χέρσε πατρῴας, ἃ γὰρ ἂν φονῇ, ποσὶ
Ψαῦσαι μέγαν πλειῶνα μὴ πεφευγότα,
Δίκης ἐάσει τάρρόθος Τελφουσία
Λάδωνος ἀμφὶ ῥεῖθρα ναίουσα σκύλαξ.
Ὅθεν πεφευγὼς ἑρπετῶν δεινὴν μάχην
Δρακοντομόρφων, εἰς Ἀβαντίαν πόλιν
Πλώσει. πέλας δὲ γῆς Ἀτιντάνων μολὼν,

Πράκ-

v. 1042. Sed inde a serpentibus pulsus, veniet Abantiam, Illyrici vrbem, ac deinde in Epiro, ad promontorium Actium habitabit, non procul a Polyanthe flumine.

bam lapidatam in somniis territus in Sicilia fuisset, Hecatae, quae somniis praeest, templum extruxit, et Hecubae cenotaphium; vnde factum est, vt pars quaedam Pachyni ab Vlysse denominata fuerit Vlysseum promontorium. Longatis hoc loco Hecate dicitur, quemadmodum supra Minerua; solent enim aliquando poëtae idem epitheton diuersis diis attribuere.

1034 Παππόκτονος) Elpenor, qui auum Abantem, quem videbat negligenter a famulo duci, imprudens occidit; nam in seruum directo baculo, casu auum petiit, vt etiam Tlepolemus Licymnium; qua de causa quum exulare cogeretur, expeditionis Troianae socius fuit, et inde in Epirum deuenit. Homerus tamen ad Troiam occisum tradit, et epitaphium Graecum, cuius haec est inscriptio: ἐπὶ Ἐλεφήνορος κεῖμαι ἐν Τροίῃ. Cosycnthus aliter Euripus dicitur, Euboeae fluuius.

1039 μέγαν πλειῶνα) Hoc Graeci vno verbo ἀπεναυτί-

σαι

Cognomento quondam futurum radens,
Inclytumque templum virginis Longatidis,
Vbi frigidam Helorus eiicit aquam.
Aui occisor lupus Othronum tenebit,
Procul Coscynthum patrium desiderans fluuium:
Qui scopulos in mari conscendens,
Comitia ciuibus indicet classem imperantia.
Nec enim homicidam pedibus terram patriam
Contingere, nisi integro anno exularit,
Vindex iustitiae sinet Telphusia,
Ladonis habitans circa flumen, canis.
Vnde, fugiens grauem serpentum pugnam
Draconiformium, ad Abantiam vrbem
Nauigabit, et ad Atintanum terram accedens,

v. 1047. Alius, *Podalirius*, frater Machaonis, iuxta Calchantis in Italia cenotaphium (v. 979---981.) morietur, et post mortem eius Daunii incolae in pellibus ouinis ante eius templum cubantes, per somnos ab eo oracula accipient. Pariter, cum se in Althaeno fluvio lauerint, eumque inuocarint, omnes ille eorum morbos sanabit.

σαι, et exilium ipsum ἀπενιαυτισμὸν dicunt. Solebant autem veteres, si quem ciuium, ac praecipue propinquorum occidissent, annuo exilio multari.

1040 Τελφουσία) Arcadica, a Telphussa, vrbe Arcadiae; estque hoc Erinnyis epitheton, eam enim Thelpusii (sic eos vocat Pausanias) Cererem appellant. Abantia, vrbs Illyriae (Amantia κατὰ βαρβαρικὴν τροπὴν, teste Stephano, dicta) ab Abantibus, Troia redeuntibus, condita. Atitanes Epiri populi. Iam pro πράκτιν, vel πράκτην, vel πλακτὸν (quorum nullum placet) lego ἀκτὴν, idque sumo ἐμφατικῶς (quemadmodum et Plutarchus Arato, praesertim quum adiiciatur αὐτὴν) pro Leucade, quam Homerus ἀκτὴν ἠπείροιο dixit: licet id Stephanus Nerico tribuat, sed Leucadi postea dictae. Prope Leucadem est Actium promontorium. Varias Actas enu-

Πράκτιν παρ' αὐτὴν αἰπὺ νάσσεται λέπας,
Τὰ Χαονίτα νᾶμα Πολυάνθεος δρέπων.
Ὁ δ' Αὐσονείων ἄγχι Κάλχαντος τάφων
Δυοῖν ἀδελφοῖν ἄτερος ψευδηρίων
Ξένην ἐπ' ὀστέοισιν ὀγχήσει κόνιν.
Δορᾶις δὲ μήλων τύμβον ἐγκειμωμένοις
Χρήσει καθ' ὕπνον πᾶσι νημερτῆ Φάτιν,
Νόσων δ' ἀκέσης Δαυνίοις κληθήσεται,
Ὅταν κατικμαίνοντες Ἀλθαίᾳ ῥοαῖς,
Ἀργὸν αὐδήσσιν Ἠπίᾳ γάνον

Ἀσοῖ-

v. 1056. Ibi quoque aliquando Aetolorum legati, qui Diomedis agros, tanquam eius posteri, sibi haereditario iure depoſcent, ab incolis viui defodientur, hique eis, tanquam vere mortuis

enumerat Stephanus. Pro Πολυάνθε quoque reſtituo Πολυάνθους, ex Apollonio et Steph. eſt enim Polyanthes Chaoniae fluuius, de quo ſic Apollonius:

Ἠμιδαὴς Φαέθων πέσεν ἅρματος ἠελίοιο
Λίμνης ἐς προχοὰς Πολυάνθεος, ἣ δ' ἔτι νῦν περ
Τραύματος αἰθομένοιο βαρὺν ἀνεκήκιεν ἀτμόν, id eſt:

Semuſtus Phaëthon Solari decidit axe
Florentem in Polyanthis aquam, quae nunc quoque paſſim
Vulneris ardentis tetros expirat odores.

1047 Ὁ δ') Podalirius, frater Machaonis, ab Eurypylo occiſi, vt refert Calaber. De Aſclepiadarum peregrinationibus Ariſtides, orator diſertiſſimus, haec tradit: τοῦτο μὲν Τευθρανίαν ἡμερῶσιν εἰς ὑποδοχὴν τοῦ πατρὸς, τοῦτο δὲ, ὡς ὁ Κῴων λόγος, πλεύσαντες εἰς Κῶ τὴν μεροπίδα, οἰκίζουσί τε, καὶ εἰς ἤθη πρέποντα τῇ φύσει τῆς χώρας κατέστησαν, et paulo poſt: ἔσχον δὲ καὶ τὸν Καρικὸν τάφον, καὶ Κνίδον τὴν τῆς Ἀφροδίτης ἱερόν. ἀπέλαυσε δέ τι καὶ κύριος αὐτῶν. De Calchantis ſepulcro dictum eſt. Pro ὀγχήσει Scaliger mauult ὀγκώσει, et mox τύμβος pro τύμβον.

1049

Apud litus altum habitabit promontorium,
Chaonici fluxionem Polyanthis decerpens.
Alius iuxta Italica Calchantis ſepulcra,
Honoraria, duorum fratrum alter,
Peregrinum ſuper oſſa puluerem aggeret:
Et in ouillis ſuper heroum cubantibus
Reddet in ſomnis vera cunctis oracula,
Morborumque curator a Dauniis vocabitur,
Quando ſe humectantes aquis Althaeni,
Adiutorem inuocabunt Aeſculapii filium,

tumulum ex lapidibus ſtatuent, dicentes ſcilicet: Eos, veluti poſteros Diomedis ac Tydei, cupiiſſe horum terram polliderе; nunc igitur eorum voluntati ſatisfactum eſſe.

1049 ξένην ἐπ' ὀστέοισιν ὀγχήσει κόνιν) Quantum equidem ſcio, nullum apud Graecos verbum ὀγχέω occurrit, praeterquam duobus noſtri poëtae locis, quorum alter eſt v. 64. huius poëmatis, alter, quem hic in manibus habemus. In vtroque loco codex Witteberg. chartaceus maior, habet ὀγχήσει, minor v. 64, ὀχήσει, ſed inſerto ab alia manu τῷ γ, v. 1049. vero ὀγχήσει, planiſſime; pergamenus denique v. 64. ὀγχήσει, v. 1049. autem ὀχήσει, vitioſe et contra metrum. Itaque cum vulgata nullum ſenſum habeat, e codicibus autem extricari nihil poſſit, neceſſario ad coniecturas recurrendum eſt. Vnde in priori loco, qui de morte Laodices agit, legerim, ὀχχήσει μόρον, *ſuſtinebit mortem.* In altero vero, vbi Cantero Scaliger ὀγκώσει videtur legiſſe (vertit enim: *tumulum ſepultis excitabit oſſibus*) malim equidem rurſus ὀχχήσει legere, quia ὀγκώσει longius a lectione vulgata recedit quam ὀχχήσει, in quo vnius modo litterulae mutatione opus fuerit. Sed haec lectio duplicem ſenſum admittit. Poteſt enim *vel* de tumulo Calchanti per Podalirium erecto ſumi, vt ὀχχήσει κόνιν *ſit aggeret, admouebit tumulum cenotaphio Calchan-*

Ἀσοῖσι καὶ ποίμναισι πρευμενῆ μολεῖν.
Ἔσαι ποτὲ πρεσβεῦσιν Αἰτωλῶν φάος
Ἐκεῖ χοηρὸν καὶ πανέχθιστον φανὲν,
Ὅταν Σαλάγγων γαῖαν Αἰγέσσων θ' ἕδη
Μολόντες αἰτίζωσι κοιράνε γύας,
Ἐσθλῆς ἀρέρης πῖαρ ἔγκληρον χθονός.
Τοὺς δ' εἰς ἐρεμνὸν ζῶντας ὠμησαὶ τάφον
Κρύψωσι κοίλοις ἐν μυχοῖς διασφάγος.
Τοῖς δ' ἀκτέριστον σῆμα Δαυνῖται νεκρῶν
Στήσωσι χωστῷ τροχμάλῳ κατηρεφές,
Χώραν διδόντες, ἣν περ ἔχρηζον λαβεῖν
Τᾷ κρατοβρῶτος παιδὸς ἀτρέστε κάπρε.
Τῶν Ναυβολείων δ' εἰς Τέμεσσαν ἐγγόνων
Ναῦται καταβλώξωσιν, ἔνθα Λαμπέτης

Ἱπ-

v. 1067. Nauboli poſterorum, *Schedii* et *Epiſtrophi*, ducum, ſocii venient Temeſſam, vrbem Calabriae, apud Lampeten,

chantis, vel de ipſius Podalirii morte, ibi exſpectanda accipi, ita vt ὀχχήσει κόνις ſit *ipſe ſubibit*, *ſuſtinebit peregrinum puluerem*, i. e. *ſub eo iacebit*, *puluis ipſe peregrinus fiet*, adeoque per ὀστέα quidem Calchantis oſſa, per ξένην autem κόνιν ipſius Podalirii (vtpote extranei hominis) oſſa cum tumulo intelligantur, quae Calchantis oſſibus per ſepulturam adiungenda ſint. Atque hanc interpretationem, quoniam etiam verſibus ſtatim ſequentibus adiuuatur, in paraphraſi latina ſecutus ſum. Caeterum Scholiaſtes ineditus Witteb. ipſe videtur in ſenſu loci haeſitaſſe, cum vulgatum illud ὀγχήσει varie explicet, per πλησιάσει, ἐπιθήσει, τεθνήξεται, quo poſtremo verbo interpretationem meam manifeſte confirmat. R.

1050 Δορᾶς δὲ μήλων) Daunii enim ſecundum quietem accipiebant oracula, quum ouillis pellibus ante templum ſiue aram Podalirii incubarent: lauabant praeterea ſimul cum pecoribus

Vt ciuibus veniat et gregibus propitius.
Illic olim legatis Aetolorum
Lux luctuosa et inuisa illucescet,
Quum ad Salangorum et Angaesorum terram
Delati, domini petierint iugera
Bonae telluris, vber soli haereditarium.
At illos in nigrum viuos sepulcrum crudeles
Abscondent in cauis hiatus angulis:
Ipsisque carens exequiis Daunii monumentum
Statuent, aggesto lapidum cumulo contectum,
Regionem dantes, quam volebant,
Filii apri intrepidi cerebriuori.
Nauboli posterorum nautae
Temessam venient, vbi Lampetes,

promontorium, et pro Phocide Crotonis regionem accolent, frustra patriam suamen desidantes.

bus in Althaeno fluuio, valetudinis causa. Aesculapius olim Epius dicebatur, vt et medicus quilibet. Eius filius, Podalirius.

1056 πρεσβεύσιν Αἰτωλῶν) Diomedes, vt supra diximus, Dauniae terrae imprecatus fuerat, ne vnquam fructum ferret, nisi ab aliquo eius gentili coleretur. Venerunt igitur post aliquod tempus in Dauniam Aetoli, et hereditariam terram repetierunt. Iustinus tamen initio duodecimi hanc historiam sic enarrat:

Pulsi ab Apulis (Diomedis socii) *consulentes oracula, responsum acceperant, locum, quem reperissent, perpetuo possessuros. Hac igitur ex causa per legatos, sub belli comminatione, restitui sibi ab Apulis vrbem* (Brundusium) *postulauerant. Sed vbi Apulis oraculum innotuit, interfectos legatos in vrbe sepeliunt, perpetuo ibi sedem habituros; atque ita defuncti responso, diu vrbem possederunt.*

Salangi et Angaesi sunt Italiae populi; Diomedes autem filius fuit Tydei, quem heic cerebriuorum vocat, quod Melanippi hostis, a quo grauiter vulneratus

Ἱππωνίᾳ πρηῶνος εἰς Τηθὺν κέρας
Σκληρὸν νένευκεν. ἀντὶ δὲ Κρίσσης ὄρων,
Κροτωνιᾶτιν ἀντίπορθμον αὔλακα
Βοῶν ἀροτρεύσασιν ὀλκαίῳ πτερῷ,
Πάτραν Λίλαιαν κ' Ἀνεμωρείας πέδον
Ποθοῦντες, Ἀμφισσάν τε καὶ κλεινὰς Ἄβας.
Σηταίᾳ τλήμον, σοὶ δὲ πρὸς πέτραις μόρος
Μίμνει δυσαίων, ἔνθα γυιόχοις πέδαις
Οἴκτισα χαλκείησιν ὠργυιωμένη
Θανῇ, πυρὶ φλέξασα δεσποτῶν σέλον,
Ἐκβλητον αἰάζουσα Κράθιδος πέλας
Τόργοισιν αἰώρημα Φοινίοις δέμας.
Σπιλὰς δ' ἐκείνη σῆς Φερώνυμος τύχης
Πόντον προσαυγάζουσα Φημισθήσεται.
Οἱ δ' αὖ Πελασγῶν ἀμφὶ Μέμβλητος ῥοὰς,
Νῆσόν τε Κερνεᾶτιν ἐκπεπλωκότες,
Ὑπὲρ πόρον Τυρσηνὸν ἐν Λαμητίαις

Δίναι-

v. 1075. In primis tibi, o *Setaea*, mulier Troiana, captiua, infelix mors impendet, quae, quia pertaesa errorum, classem

ratus fuerat, cerebrum in bello Thebano vorarit, vt est apud tragicos.

1067 Τῶν Ναυβολείων) Schedii et Epistrophi, ducum Phocensium, qui ad Troiam perierunt. Temessa Calabriae ciuitas est, quam antea Tamasam vocauit. Hipponium Italiae mons. Ceterum in Temessam etiam Vlysses aberrauit: cuius rei historiam describit Pausan. Eliac. β.

1070 Κρίσσης) in Phocide. Lilaea quoque Anemorea, Amphissa, Abae, Phocidis vrbes.

1075 Σηταία) Haec mulier fuit Troiana, quae quum in exilium abduceretur, et iter longius aegre ferret, naues Troianorum apud

Hipponii montis aſperum cornu,
In mare vergit: et pro Criſſes terminis
Crotoniam oppoſitam terram
Sulcatrice boum arabunt penna,
Patriam Lilaeam et Anemoreae arua
Deſiderantes, Amphiſamque et celebres Abas.
Tibi vero, miſera Setaea, mors ad petras
Infelix impendet, vbi tenacibus compedibus
Aeneis deligata miſerrime
Morieris, combuſta dominorum claſſe,
Expoſitum lugens prope Crathidem
Corpus, vulturibus cruentis ſuſpenſum.
Scopulus quoque ille, mare ſpectans,
Tuae cognominis fortunae nuncupabitur.
Alii denique Pelasgi circa Membletis vada,
Et inſulam Corſicam enauigantes,
Vltra mare Tyrrhenum in Lametiis

Vor-

dominorum tuorum incendiſti, ad Crathidem flumen in crucem acta, a vulturibus laceraberis, et a te ſcopulus ille nomen accipiet.

v. 1083. *Alii* denique *Graeci*, vltra Corſicam nauigantes, in Lucania conſidebunt.

apud Crathidem et Nauaethum, Italiae fluuios, combuſſit. Qua re cognita Troiani ipſam ad rupem quandam, quae inde Setaea dicta, vt et regio ipſa Setaeum, cruci affixerunt.

1083 Μέμβλητος) Italiae fluuii. Quam heic Κερνεᾶτιν νῆσον vocat Lycophron, eadem videtur, quae Κύρνος dicitur; quam quidem Latinis Corſicam eſſe, ignorat nemo. Lametus etiam Italiae fluuius, iuxta Crotonem.

1087 Καὶ τὰς μὲν) Epilogus enumerationis Graecorum, qui peregre vel perierunt, vel diu vagati ſunt, et nouas deduxerunt colonias; hinc ad eos tranſit, qui in patriam reuerſi, indigne ſunt excepti.

1091

Δίναισιν, οἰκήσασι Λευκανῶν πλάκας.
Καὶ τοὺς μὲν ἄλγη ποικίλαι τε συμφοραὶ
Ἄνοσον αἰάζοντας ἕξουσιν τύχην,
Ἐμῶν ἕκατι δυσγάμων ξυναγμάτων.

Οὐδ' οἱ χρόνῳ μολόντες ἀσπασῶς δόμους,
Εὐκταῖον ἐκλάμψουσι θυμάτων σέλας,
Χάριν τίνοντες Κερδύλῳ Λαρυνθίῳ.
Τοιαῖσδ' ἐχῖνος μηχαναῖς οἰκοφθορῶν,
Παρβακολίξει τὰς ἀλεκτόρων πικρὰς
Στεγανόμους ὄρνιθας. ἁδὲ ναυφάγοι
Λήξουσι πένθους δυσμενεῖς φρυκτωρίαι,
Πτόρθῳ διαῤῥαισθέντος, ὃν νεοσκαφὲς
Κρύψει ποτ' ἐν κλήροισι Μηθύμνης σέγος.

Ὁ

v. 1087. Et has quidem aerumnas, raptionis meae cauſſa habebunt, qui domum plane non reuertentur.
v. 1090. Sed nec illi, qui domum venerint, admodum propterea laetabuntur. Nam Nauplius, partim Graecorum vxoribus domi adulteros procurabit (v. 384---387.) partim faces ſeductrices de Caphareo monte, ad perdendas eorum naues, ſuſpendet.

1091 εὐκταῖον σέλας) Senſus eſt: *non ſacrificabunt pro reditu*; conſequens pro antecedente: *non redibunt*. Ἐκλάμπω h. l. paulo inuſitatius ponitur *actiue*, pro *lucere facient*, i. e. *accendent* σέλας θυμάτων, i. e. ignem, quo victimae in aris comburuntur, aut quo thura adolentur. R.

1092 Κερδύλῳ) Ioui, qui a lucro ſic denominatus videtur, vt ab vrbe Larynthius. Cum echino comparat Nauplium, propter aſtutiam; de eius technis diximus. Gallinas dicit vxores Graecorum, Troiam profectorum. Nauiuoras faces intelligit eas, quas de Caphareo monte ſuſpenderat Nauplius. Ramum vocat Palamedem, dolis Vlyſſis interfectum, et in Lepetymno, monte Methymnaeo, ſepultum.

1096 λήξουσι πένθους) proprie *lugere deſinent*, ſed paulo inſolentius ac durius

actiue

Vorticibus Lucanorum tenebunt arua.
Atque illos quidem labores et calamitates variae
Habebunt, irreducem lugentes fortunam
Infelicium noſtrarum raptionum cauſa.

Sed nec qui tandem domum venerint lubentes,
Votiuum lucebunt ſacrificiorum iubar,
Gratiam perſoluentes Cerdylae Larynthio.
Talibus echinus fraudibus domos perdens
Transuerſas aget acerbas gallorum
Tectiuoras gallinas: neque nauiuorae
A luctu ceſſabunt inimicae faces,
Interfecto ramo, quem recens effoſſum
Teget quondam in agris Methymnae tectum.

Vnus

v. 1097. propterea, quod filium eius, Palamedem, in inſula Lesbo ſepultum, doloſe interemerunt.

v. 1099. *Agamemnon* enim v. c. in balneo non poterit tunicam induere, quam ei Clytaemneſtra dabit, et quae nec manuum, nec colli exitum habebit; quin, cum introierit in balneum,

actiue ponitur pro *luctum efficere*; i. e. *non deſinent Graecos laedere, iisque luctum afferre.* R.

1099 Ὁ μὲν γὰρ) Agamemnon. Is Mycenas reverſus, ab vxore fuit interfectus, ſumta in balneo tunica, quae nec colli nec manuum exitus haberet. Homerus in menſa occiſum tradit ὡς βοῦν ἐπὶ φάτνῃ. Cum Lycophrone facit Aeſchylus Eumenidibus. De balneis veterum haec Artemidorus: πάλαι μὲν οἰκὸς εἶναι πονηρὰ τὰ βαλανεῖα· ἐπεὶ μὴ συνεχῶς ἐλούοντο οἱ ἄνθρωποι, ἀλλ' ἢ πόλεμον καταστρεψάμενοι, ἢ μεγάλου παυσάμενοι πόνου. ἦν γὰρ αὐτοῖς ὑπόμνημα πόνου ἢ πολέμου τὸ βαλανεῖον, καὶ αὐτὸ τὸ λέεσθαι.

1104

Ὁ μὲν γὰρ ἀμφὶ χύτλα τὰς δυσεξόδους
Ζητῶν κελεύθους αὐχενιστῆρος βρόχου
Ἐν ἀμφιβλήστρῳ συντεταργανωμένος
Τυφλαῖς ματεύσει χερσὶ κροσσωτοὺς ῥαφάς.
Θερμὴν δ' ὑπαὶ λουτρῶνος ἀρνεύων στέγην,
Τιβῆνα καὶ κύπελλον ἐγκάρῳ ῥανεῖ,
Τυπεὶς σκεπάρνῳ κόγχον εὐθήκτῳ μέσον.
Οἰκτρὰ δὲ πέμφιξ Ταίναρον πτερύξεται,
Λυπρὰν λεαίνης εἰσιδοῦσ' οἰκουρίαν.
Ἐγὼ δὲ δροίτης ἄγχι κείσομαι πέδῳ,
Χαλυβδικῷ κνώδοντι συντεθραυσμένη,
Ἐπεί με, πεύκης πρέμνον, ἢ στύπος δρυὸς

Ὅπως

ea ipsum securi ita percutiet, vt cerebro suo vasa adstantia conspergat.

v. 1106. Anima eius misera ad inferos veniet, tot tristia ab vxore perpessi.

1104 κύπελλον ἐγκάρῳ ῥανεῖ) Conferendi omnino sunt cum his verbis versus Clytaemnestrae apud Aeschylum in Agamemn. v. 1389 — 1396; vbi ipsa narrat iactabunda, quomodo maritum occiderit:

Οὕτω δ' ἔπραξα (καὶ τάδ' οὐκ ἀρνήσομαι)
Ὡς μήτε φεύγειν, μήτ' ἀμύνεσθαι μόρον.
Ἄπειρον ἀμφίβληστρον, ὥσπερ ἰχθύων,
Περιστιχίζω, πλοῦτον εἵματος κακόν.
Παίω δέ μιν δὶς κἂν δυοῖν οἰμώγμασιν
Μεθῆκεν αὐτοῦ κῶλα, καὶ πεπτωκότι
Τρίτην ἐπενδίδωμι, τοῦ κατὰ χθονὸς
Αἴδου νεκρῶν σωτῆρος εὐκταίαν, χάριν. R.

1106 Ταίναρον) ad inferos, quo fert ex Taenaro via. Leaenam dicit Clytaemnestram.

1107 λεαίνης) Pariter sic Cassandra apud Aeschylum l. c. v. 1267. Clytaemnestram λέαιναν δίπουν, συγκοιμωμένην λύκῳ, (i. e. Aegistho adultero) appellat. R.

1108 Ἐγὼ δὲ) Cassandra enim simul cum Agamemnone, cui ab Aiace tradita fuerat, in balneo, tanquam pellex est occisa. Eodem quoque modo apud Aeschylum

Vnus quidem in lauacris inobseruabiles
Laquei collaris quaerens vias,
Implicitus in euerriculo
Caecis inuestigabit manibus fimbriatas futuras.
Calidum porro balnei subiens operimentum,
Cortinam et operculum irrigabit cerebro,
Percussus acuta securi summum caput medium.
Tum anima misera Taenarum volitabit,
Acerbum leaenae experta ministerium.
Ego autem iuxta labrum in solo iacebo
Chalybico vulnerata ense:
Siquidem mihi, ceu pinus truncum, quercusue-
stipitem

Fron-

v. 1108. Ego autem ipsa ibidem ferro simul trucidabor. Nam me illa vipera (Clytaemnestra) veluti lignator arborem, dilacerabit, et collum meum calcans, vindictam suam explebit in me insonte, quasi adultera, non captiua sim.

lum de morte sua vaticinatur Cassandra, et sic ait inter cetera:

Ἐμοὶ δὲ μίμνει σχισμὸς ἀμφήκει δορί.

1110 Ἐπεί με) Quae heic est in Graeco contextu loquendi forma, gemina est illi Euripidis Alcestide.

Ἐν ταῖσιν αὐταῖς γάρ μ' ἐπισκήψῳ κέδροις
Σοὶ τάσδε θεῖναι πλεύρας.—

et iterum:

Πώλους σιδήρῳ τέμνετ' αὐχένων φόβην.

Nec discrepat hinc, quod extremis Troadibus legitur, μέλας γάρ σ' ὄσσε κατακαλύψει θάνατος: sic enim hunc locum restituimus. Neque ignotum est Homeri hemistichium:

Ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων.

Similiter quoque Virgilius:

— *nec te tua funera mater*

Produxi: — quem locum peruertunt interpretes.

1114 Δράκαινα διψὰς) Clytaemnestra, de qua sic eadem apud Aeschylum:

— Ti

Ὅπως τις ὑλοκυρὸς ἐργάτης ὀρεὺς,
Ῥήξει πλατὺν τένοντα καὶ μετάφρενον,
Καὶ πᾶν λακίζασ' ἐν φονᾶις ψυχρὸν δέμας
Δρακαινα διψὰς, κἀπιβᾶσ' ἐπ' αὐχένα,
Πλήσει γέμοντα θυμὸν ἀγρίας χολῆς,
Ὡς κλεψίνυμφον, κοὐ δορύκτητον, γέρας
Δύσζηλος ἀσέναχτα τιμωρεμένη.
Βοῶσα δ' ἀ κλύοντα δεσπότην πόσιν,
Θεύσω κατ' ἴχνος ἠνεμωμένη πτεροῖς.
Σκύμνος δὲ, πατρὸς κῆρα μασεύων φόνᾳ,
Εἰς σπλάγχν' ἐχίδνης αὐτόχειρ βάψει ξίφος,
Κακὸν μίασμ' ἔμφυλον ἀλθαίνων κακῷ.

Ἐμὸς δ' ἀκοίτης, δμωΐδος νύμφης ἄναξ
Ζεὺς Σπαρτιάταις αἰμύλοις κληθήσεται,

Τιμὰς

v. 1118. Itaque celeriter dominum meum, Agamemnonem, ad inferos sequar. Sed Oreſtes, paternam caedem vltus, hanc viperam confodiet, adeoque ſcelus ſcelere expiabit.

— Τί νιν καλοῦσα δυσφιλὲς δάκος,
Τύχοιμ' ἄν, ἀμφίσβαινα ἢ σκύλλαι τινὰ
Οἰκοῦσαν ἐν πέτραισι, ναυτίλων βλάβην,
Θύσσαν ἅδε μητέρ', ἄσπορόν τ' ἀρὰν
Φίλοις πνέουσαν· —

Viperam autem a dipſade differre, naturae ſtudioſis notum eſt.

1117 ἀσέναχτα) Pro ἀσέναχτα videntur Scholiaſtae quidam Graeci ἀστέμβακτα, id eſt, ſine intermiſſione ac mutatione, legiſſe.

1118 Βοῶσα δ') Miror audaciam prioris interpretis, qui haec ad Clytaemneſtram refert, ideoque θεύσει pro θεύσω auſus eſt reponere: quum et ſenſus huic repugnet, et ſcriptorum teſtimonia longe alio vergant. Nam apud Homerum Agamemnon ad Vlyſſem de Caſſandrae clamore et eiulatu ſic ait:

Οἰκτιο-

Frondator aliquis, montanus opifex,
Latas rumpet ceruices atque dorſum:
Totumque lacerans caedibus corpus frigidum
Vipera dipſas, pedemque collo imponens,
Explebit animum crudeli plenum ira,
Tanquam adulteri, nec belli praemium
Aemula ſine gemitu vlciſcens.
Vocans autem non audientem dominum maritum,
Curram poſt tergum alis ſublata.
Poſt catulus paternam noxam caedis perſequens,
In viperae inteſtinis manu ſua tinget enſem,
Malum piaculum gentile malo expians.

Meus deinde maritus, captiuae dominus ſponſae,
Iupiter a Spartanis argutis vocabitur,

Sum-

v. 1123. Agamemnon porro, meus et maritus et dominus, a Spartanis Iupiter vocabitur, et pro Deo coletur.

Οἰκτροτάτην δ' ἦκεσα ὅπα
Πριάμοιο θυγατρὸς
Κασσάνδρης, τὴν κτεῖνε Κλυταιμνήστρη δολόμητις
Ἀμφ' ἐμοί—

Aliud etiam teſtimonium ſi quis requirat, Imagines Philoſtrati conſulat.

1120 Σκύμνος) Oreſtes, de quo ſic eadem apud Aeſchylum:

Ἥξει γὰρ ἡμῶν ἄλλος αὖ τιμάοχος,
Μητροκτόνον φίτυμα, ποινάτωρ πατρός.

Tractarunt hoc argumentum Sophocles Electra, Aeſchylus Choëphoris.

1123 ἀκοίτης) Agamemnon, cui mortuo templum Spartani dedicarunt, Agamemnonis Iouis appellatum. Sicut enim Iupiter Spartae vocabatur Agamemnon, vt ſupra diximus, ſic Agamemnon vice verſa poſt mortem cognominatus eſt Iupiter. Similiter in Aegypto Venus Zephyritis appellata fuit Arſinoë, reginae cognomine, vt apud Callimachum in

Τιμὰς μεγίσας Οἰβάλῳ τέκνοις λαχών.
Οὐ μὴν ἐμὸν νώνυμον ἀνθρώποις σέβας
Ἔσαι, μαραν θὲν αὖθι λησθαίῳ σκότῳ.
Ναὸν δέ μοι τεύξουσι Δαυνίων ἄκροι
Σάλπης παρ' ὄχθαις, οἵ τε Δάρδανον πόλιν
Ναίουσι, λίμνης ἀγχιτέρμονες ποτῶν.
Κοῦραι δὲ παρθένειον ἐκφυγεῖν ζυγὸν
Ὅταν θέλωσι, νυμφίους ἀρνούμεναι,
Τοὺς Ἑκτορείαις ἡγλαϊσμένους κόμαις,
Μορφῆς ἔχοντας σίφλον ἢ μῶμαρ γένους,
Ἐμὸν περιπτύξουσιν ὠλέναις βρέτας,
Ἄλκαρ μέγιστον κτώμεναι νυμφευμάτων,
Ἐρινύων ἑορτὰ καὶ ξέσθους βαφὰς
Πεπαμέναι θρόνοισι φαρμακτηρίοις.
Κείναις ἐγὼ δηναιὸν ἄφθιτος θεὰ

Ῥαβδη-

v. 1126. Neque vero mea ipsius gloria in obliuionem veniet; sed mihi Daunii ac Dardani, Italae vrbis, incolae templum ad Salpen paludem, exstruent, et virgines, quae nolent viris, turpibus quoad formam, nubere, meam ad statuam confu-

Athen. lib. VII. et Arsinoë rursum Zephyritis, vt apud Catullum est videre, et Edylum in Athen. lib. XI. vbi et Arsinoës templum commemoratur. Aristaeus quoque Iupiter quondam dictus est, si Apollonii scholiastae credimus, et Pythionice meretrix, Venus, teste Theopompo. Quinetiam Ammonis ac Beli cognomina ab hominibus desumta, testatur Pausanias. Oebalus autem Tyndari pater fuit, rex Spartanorum, secundum quosdam.

1125 Οἰβάλῳ τέκνοις) Omissa est praepositio πρὸς aut παρὰ, vt sit; *apud* Oebali posteros, aut *ab* Oebali posteris. R.

1128 Ναὸν) Pausanias quoque de templo quodam Alexandrae, Amyclis exstructo, scribit in Laconicis: atque alio Leuctris. Dardanus, Italiae vrbs, iuxta palustres Salpes aquas.

Summos honores ab Oebali poſteris conſequens.
Iam nec mea inter homines obſcura gloria
Erit, obliterata obliuionis tenebris:
Sed mihi templum aedificabunt apud Salpes ripas
Dauniorum principes, Dardanique oppidi
Incolae, paluſtribus aquis affines.
Virgines autem quum nuptiale declinare iugum
Voluerint, ſponſos recuſantes
Hectorea ſuperbos coma,
Formae praeditos turpitudine, vel generis macula,
Meam vlnis amplectentur ſtatuam,
Remedium nuptiarum habiturae maximum,
Furiarum veſtem et faciei tincturam
Coloribus adeptae medicatis.
Ab illis ego virgiferis mulieribus

gient, nigra veſte indutae, colore caeruleo per faciem tinctae, et baculos manibus tenentes,

v. 1139. a quibus quidem ego diutiſſime celebrabor.

1133 Ἑκτορείαις) quae in occipitio nutriebatur. Errat enim hac in re Scholiaſtes, et quicunque eum ſequuti ſunt. Sic enim Timaeus, citante Polluce lib. II. τὴν κουρὰν ταύτην προεστάλθαι μὲν δεῖ περὶ τὸ μέτωπον, περικεχύσθαι δὲ τῷ τραχήλῳ. Abantum autem coma aliter, vt poëtice loquar, ſecabatur.

1136 Ἀλκαρ) Adumbravit illud Euripidis ex Hippolyto:

Πένθη μέγιστα δακρύων καρπούμεναι.

Multa quidem habet hic poëta ex Euripide atque etiam Sophocle ſumta hemiſtichia: ſed nobis omnia annotare non libet.

1137 Ἐριννύων ἐσθῆτα) id eſt, nigram, cum tali enim veſte pingebantur Furiae. Virgines igitur Dauniae, quae nubere nolebant, veſtem nigram ſumebant, et ambulabant cum baculo, faciem quoque caerulea tinctura deformabant.

1141

Ῥαβδηφόροις γυναιξὶν αὐδηθήσομαι.
Πένθος δὲ πολλαῖς παρθένων τητωμέναις
Τεύξω γυναιξὶν αὖθις, αἳ στρατηλάτην
Ἀθεσμόλεκτρον Κύπριδος λῃσὴν θεᾶς
Δαρὸν σένεσαι, κλῆρον εἰς ἀνάρσιον
Πέμψασι παῖδας ἐσερημένας ἑ, ἄμων.
Λάρυμνα, καὶ Σπέρχειε, καὶ Βοάγριε,
Καὶ Κῦνε, καὶ Σκάρφεια, καὶ Φαλωριὰς,
Καὶ Ναρύκειον ἄστυ, καὶ Θρονίτιδες
Λοκρῶν ἀγυιαὶ, καὶ Πυράνθιοι νάπαι,
Καὶ πᾶς ὁδοιδόκειος Ἰλέος δόμος,
Ὑμεῖς ἐμῶν ἕκατι δυσσεβῶν γάμων,
Ποιναὶς Γυγαίᾳ τίσσετ' Ἀγρίσκᾳ θεᾷ,
Τὸν χιλίωρον τὰς ἀνυμφεύτους χρόνον
Πάλαι βραβείαις γηροβοσκῆσαι κόρας,

Αἷς

v. 1141. Eadem ego contra multis mulieribus orbatis luctus causa ero, quae propterea, quod incestus ille Aiax mihi vim inferre voluit, et post tertium annum ideo pestis Locros vexavit, binas quotannis virgines per sortem ad placandam Mineruam Troianam cogentur mittere.

1141 Πένθος) Tertio post excidium Troianum anno pestis grauissima per totam Locrensem regionem est grassata. De hac sedanda Apollo consultus, iussit Locrenses mille deinceps annis continuis ad Mineruam Troianam, quae ipsis ob Cassandrae stuprum grauiter esse infensa, puellas duas sorte lectas mittere. Eas deinde Troiani, quum primum mittebantur, in itinere occidebant, et combustorum cadauerum cinerem proiiciebant in mare; vnde aliae cautiores deinceps factae, furtim Troiam vsque in Mineruae templum commeabant, vbi postea Deae perpetuo ministrabant. Quem quidem morem ad suam paene aetatem vsque duraſſe testatur Plutarchus, περὶ τῶν βραδέως τιμωρουμένων, adductis etiam poëtae cuiusdam hac de re versibus: καὶ μὴν

Immortalis dea diu vocabor.
Luctum contra multis mulieribus egenis
Virginum rurſus praebebo, quae ducem
Inceſtum, Cypriae praedonem deae,
Diu gementes, in crudelem ſortem
Mittent puellas nuptiarum expertes.
O Larymna, Sperchee, Boagrie,
Cyne, Scarphea, Phalorias,
Vrbs Narycea, Thronitides,
Locrenſes vici, Pyranthii ſaltus,
Totaque Hodoedocea Oilei domus:
Vos mearum cauſa nuptiarum impiarum
Poenas Gygaeae dabitis Agreſti deae,
Millenario innuptas tempore
Sortis conſtitutionibus educantes virgines,

v. 1146. O vrbes, fluuii, et ſaltus Boeotiae ac Theſſaliae, quantas poenas Mineruae per mille annos dabitis, non alio fine veſtras educaturae filias, niſi, vt per ſortem eas emittatis, quarum miſera corpora a Troianis inſidiantibus occiſa, non humabuntur, ſed comburentur, eorumque cinis in mare diſſipabitur, velut cuidam Traroni accidit,

μὴν οὐ πολὺς χρόνος, ἀφ' οὗ Λοκροὶ πέμποντες εἰς Τροίαν πέπαυνται τὰς παρθένους·
Αἳ καὶ ἀναμπέχονοι γυμνοῖς ποσὶν ἠΰτε δοῦλαι
Ἢ οἶαι (lego ἠοῖαι) σαίρεσκον Ἀθηναίης περὶ βωμὸν
Νόσφι κρηδέμνοιο, καὶ εἰ βαρὺ γῆρας ἱκάνοι,
διὰ τὴν Αἴαντος ἀκολασίαν.

Quocirca minus mirum videri debet, quod inquit paulo poſt de millenario tempore Poëta. Si quis enim a Troia capta mille deinceps annos numeret, ad 574 annum ab V. C. perueniet. Quid quod etiam D. Hieronymus huius hiſtoriae quodam loco meminit his verbis: *Iuſtum eſt et Locridas virgines non tacere: quae quum Ilium mitterentur ex more per annos circiter mille, nulla obſcoeni rumoris et pollutae virginitatis vllam fabulam dedit.*

Ve

Αἷς ἀκτέριστος ἐν ξένῃ ξέναις τάφος
Ψάμμῳ κλύδωνος λυπρὸς ἐκλυθήσεται,
Ὅταν ἀλάρτοις γυῖα συμφλέξας φυτοῖς
Ἥφαιστος εἰς θάλασσαν ἐμβράσσῃ σποδὸν,
Τῆς ἐκ λόφων Τρᾴρωνος ἐφθιτωμένης.
Ἄλλαι δὲ νύκτωρ ταῖς θανουμέναις ἴσαι
Σιθωνος εἰς θυ,ατρὸς ἵξονται γύας,
Λαθραῖα κἀπικέλευθα παπταλώμεναι,
Ἕως ἂν εἰσθρέξωσιν Ἀμφείρας δόμους
Λιταῖς Σθένειαν ἱκέτιδες γουνούμεναι,
Θεὰς δ' ὀφελτρεύσωσι κοσμῆσαι πέδον,
Δρόσῳ τε φοιβάσωσιν, ἀσεργῆ χόλον
Ἀσῶν φυ,ῆσαι. πᾶς γὰρ Ἰλιεὺς ἀνὴρ
Κόρας δοκεύσει, πέτρον ἐν χεροῖν ἔχων,
Ἢ φάσγανον κελαινὸν, ἢ ταυροκτόνον

Στερ-

v. 1160. cum interea aliae clam effugient, et per occultas vias clam Troiam venient, vbi confugient ad aram Mineruae, eiusque sacerdotes perpetuae postea fient, cum semel Troianorum iram crudelem effugerint.

Veneris praedonem vocat Aiacem, quod Cassandram virginis nomine spoliauerit.

1146 Λάρυμνα) Enumerat regiones eas, ex quibus puellae sorte ductae, Troiam sint missae. Larymna Boeotiae vrbs est, secundum Strabon. et Pausan. Spercheus et Boagrius sunt fluvii Thessaliae, Locridi vicinae. Cynus, vrbs Opuntis et nauale. Scarphea, cui postea Pharygis nomen inditum: Naryx, a qua Naryxius dictus Aiax: Phalorias quoque ac Thronium, Locridis sunt oppida. Hodoedocea domus ab Hodoedoco, Oilei patre, teste Eustathio, denominatur. Itaque pro Ἰλέως lubens reposuerim Οἰλέως (aut saltem dixerim, primam nominis huius literam poëtica licentia, qua etiam Hesiodus, Pindarus, et Euripides vsi, sublatam) quam quidem coniecturam nostram, sicut et alias quasdam, Scaliger quoque in versione sua se-

qua-

Quarum exequiis carens peregrinum peregre ſe-
pulcrum
Triſte maris aeſtu diſſipabitur,
Quando ſterilibus membra ſarmentis comburens
Vulcanus, excutiet in mare cinerem
Perditae ex collibus Traronis.
At aliae nocte morituris pares
In Sithoniae filiae regiones peruenient,
Per occultas ſpeculantes ſemitas,
Donec ad Amphirae confugiant aedem,
Precibus Robuſtam ſupplices adorantes:
Deaeque verrent ornando templum,
Aquisque purgabunt, implacidae irae
Ciuium elapſae; quiuis enim Troianorum
Puellas obſeruabit, ſaxum in manu tenens,
Vel enſem nigrum, vel tauricidam

v. 1167. Nam horum quisque iis vel ſaxo, vel enſe, vel ſecuri, vel fuſte inſidiabitur, vt eas occidat; quique id fecerit, loco poenae adhuc laudabitur a populo, Locrenſibus infenſiſſimo.

quutus eſt. Gygaea Minerua videtur a palude Gygaea dicta; vocatur etiam Agreſtis de agriculturae inuentione.

1159 Τρήρωνος) montis Troiani, vt vult Scholiaſtes. Scaliger, quem heic ſequi malim, τρήρωνος legit. Quod autem de combuſtione ait, fuit hoc apud veteres quoddam ſacrificii genus, quo ciuitates fame vel peſte laborantes expiabantur, atque ad id infelicia ligna ſolere adhiberi, refert Macrobius. Sithonia filia fuit Rhoetea, a qua dictum Rhoeteum promontorium, quod heic totum agrum Troianum comprehendit.

1159 Τρήρωνος) Vt meam in re obſcura ſententiam dicam, videtur mihi haec vox nomen proprium non *montis* (quod putant interpretes omnes) ſed *puellae interſectae* eſſe; alias illud τῆς ἐφθιτωμένης mihi claudicat. R.

1163 Ἀμφιάρεως) Mineruae, quae cur hoc nomen habuerit, adhuc ignoro. Robuſta autem Troezeniis colebatur, quemadmodum Robuſtus Iupiter Argiuis.

1170

Στερρᾶν κύβηλιν, ἢ Φαλακραῖον κλάδον,
Μαιμῶν κορέσσαι χεῖρα διψῶσαν φόνε.
Δῆμος δ' ἀνατεὶ τὸν κτανόντ', ἐπαινέσει,
Τεθμῷ χαράξας, τὸ πιλώβητον γένος.
Ὦ μῆτερ, ὦ δύσμητερ, οὐδὲ σὸν κλέος
Ἄπυστον ἔσαι, Περσέως δὲ παρθένος
Βριμὼ Τρίμορφος θήσεταί σ' ἐπωπίδα
Κλαγγαῖσι ταρβήσασαν ἐννύχοις βροτοὺς,
Ὅσοι μεδέσης Στρυμόνος Ζηρυνθίας
Δείκηλα μὴ σέβουσι λαμπαδουχίαις,
Θύοθλοις Φερσαίαν ἐξακεύμενοι θεάν.
Ψευδήριόν τοι νησιωτικὸς σόνυξ
Πάχυνος ἕξει σεμνὸν ἐξ ὀνειράτων,
Ταῖς δεσποτείαις ὠλέναις ὠγκωμένον.
Ὃς δὴ παρ' ἀκταῖς τλήμονος ῥανεῖ χοὰς
Ῥείθρων Ἑλώρου πρόσθεν ἐκτερισμένης.

Τριαύ-

v. 1174. O mater *Hecuba*, infelix, nec tu manebis obscura. Nam Hecate te in canem mutabit, (v. 330---333.) terituram noctu eos omnes, qui Venerem lampadum gestationibus colere noluerint, ipsamque Hecaten non placarint.

1170 κλάδον) ramum, ad verbum. Propertius:

Ille etiam Hylaei percussus vulnere rami;

et iterum:

Maenalio iacuit pulsus tria tempora ramo.

1172 ἀνατεὶ) Hoc ἀνατεὶ non referendum est ad populum (quis enim sensus esset: *laudabit populus impune homicidas?*) sed vult poëta modum eius laudis accuratius definire, tanquam sit: *ita, vt impunitatem scripta adeo lege promitteret.* Nam τεθμῷ χαράξας pariter ad hunc laudandi modum pertinet, vt recte Scholiastes monuit, non ad τὸ πιλώβητον γένος, vt perperam interpretatione Canterus. Nam quomodo τεθμῷ χαράττειν τινὰ esse posset: *aliquem proscribere?* Omninoque ordo totius loci est hic:

Δῆμος

Validam ſecurim, vel Phalacraeum baculum,
Geſtiens manum ſitibundam caede ſatiare.
Populus autem impune homicidam laudabit,
Lege proſcribens pernicioſam gentem.
O mater, infelix mater, ne tuum quidem nomen
Erit ignobile: nam Perſei filia
Brimo Triformis te faciet canem,
Clangoribus territuram nocturnis homines,
Quicumque Strymonis reginae Zerinthiae
Statuam non colunt lampadum geſtationibus,
Sacrificiis Pheraeam placantes deam.
Cenotaphium vero ſcopulus inſularis
Pachyni venerandum habebit, e ſomniis
Aggeſtum herilibus manibus:
Qui iuxta ripas miſerae fundet libamina,
Ante fluenta Helori ſepultae,

v. 1181. Cenotaphium vero tuum in Pachyno ipſe herus tuus, Vlyſſes, monitus per ſomnium, tibi manibus ſuis exſtruet ad Helorum fluuium, qui (Vlyſſes) ad ripam tibi ſacrificabit, metu Hecates, quia primus lapides in te coniecit (v. 1027---1034.)

Δῆμος δὲ ἐπαινέσει τὸν κτανόντα τὸ πιλώβητον γένος ἀνατεὶ, τεῦμῷ (ſc. τοῦτο) χαρέξας. R.

1173 τὸ πιλώβητον γένος) Locrenſium, quorum princeps, Aiax, olim Troianis pernicioſus fuerat.

1174 Ὦ μῆτερ) Hecubam alloquitur, quomodo Penelopen Telemachus Odyſſ. ψ. Μῆτερ ἐμὴ δύσμητερ, ἀπηνέα θυμὸν ἔχουσα.

Perſei ſiue Perſae filia eſt Hecate, quae Perſeis ideo vocatur, et a ſe deinde Perſeides herbas denominat. Vocatur et Brimo, quod contra Mercurium infremuerit, licet hoc Ioui filio tribuat Clemens Alexandrinus. Hecubam porro ab Hecate transformatum iri dicit, quod illa canum ſit dea. De Strymone et Zerintho dictum

Τριαύχενος μήνιμα δειμαίνων θεᾶς,
Λευσῆρα πρῶτον ἕνεκα ῥίψας πέτρον
Ἄδῃ κελαινῶν θυμάτων ἀπάρξεται.
Σὺ δ' ὦ ξύναιμε, πλεῖσον ἐξ ἐμῆς φρενὸς
Στερχθεὶς, μελάθρων ἕρμα καὶ πάτρας ἄλης,
Οὐκ εἰς κενὸν κρηπῖδα φοινίξεις φόνῳ
Ταύρων, ἄνακτι τῶν Ὀφίωνος θρόνων
Πλείσας ἀπαρχὰς θυμάτων δωρούμενος.
Ἀλλ' ἄξεταί σε πρὸς γενεθλίαν πλάκα
Τὴν ἐξόχως Γραικοῖσιν ἐξυμνουμένην,
Ὅπᾳ σφε μήτης ἡ πάλης ἐμπείραμος
Τὴν πρόσθ' ἄνασσαν ἐμβαλοῦσα Ταρτάρῳ
Ὠδῖνας ἐξέλυσε λαθραίας γονῆς,
Τὰς παιδοβρώτους ἐκφυγοῦσ' ὁμευνέτου
Θοι-

v. 1189. Nec tu, dilecte frater, *Hector*, patriae tuae fulcrum, frustra Iovi pia sacrificia offeres,

ſtum eſt. Phaeraea nuncupatur Hecate a Pheris, vrbe Theſſaliae. Alii tradunt eam Iouis et Phereae filiam fuiſſe.

1183 Ταῖς δεσποτείαις) Vlyſſis heri, cui Hecuba ſorte obtigerat, vt eſt in Euripide is enim honorarium Hecubae ſepulcrum, vt ſupra diximus, in Sicilia exſtruxit. Triceruicem vocat Hecaten, vt modo triformem; nam, vt ille ait:

— *Tria ſunt Hecateidos ora Dianae.*

ſiquidem Hecate Proſerpina cenſetur: ac Diana inferna dicitur Hecate, ſicut inferna Iuno, Proſerpina.

1184 Ὅς δή) Refertur per Syneſin ad praecedens δεσποτείαις, in quo latet Genitiuus, τῆς δεσπότου. R.

1188 ἄδῃ κελαινῶν θυμάτων ἀπάρξεται) hoc eſt, vt recte planioribus verbis Potterus explicat: *primus erit in occidenda Hecuba*, qua caede eam Plutoni veluti ſacrabit. R.

1189 Σὺ δ' ὦ ξύναιμε,) Hector. Eum propter pietatem et cultum deorum, poſt mortem in beatorum inſulas praedicit abducendum eſſe. Ceterum Ophion ante Saturnum cum Eurynome in caelo regnabat: cuius ſolium poſtea tenuit Iupiter,

Triceruicis iram formidans deae,
Quoniam primum lapidatorem proiiciens lapidem,
Nigra Plutoni auspicabitur sacra.
Iam tu, frater, plurimum ex animo mihi
Dilecte, fulcrum aedium, totiusque patriae,
Non frustra solum caede cruentabis
Taurorum, regi thronorum Ophionis
Plurimas offerens victimarum primitias:
Sed in natalem te ducet terram,
Eximie Graecis celebratam:
Vbi mater ipsum luctae perita,
Priorem reginam iniiciens Tartaro,
Dolores exsoluit occulti partus
Pueriuoras effugiens coniugis

Epu-

v. 1194. sed ille rem ita diriget, vt aliquando ossa tua in natalem ipsius locum, i. e. Thebas, perferantur.

piter, expulso Saturno, Ophionis successore. Natalem Iouis terram dicit Thebas, vbi locus erat quidam, Διὸς γονὰι dictus, in quo Iupiter, secundum quosdam, natus est. Thebas quoque vocarunt Graeci quidam beatorum insulas, vt habet epigramma apud Herodotum:

Αἶδ' εἰσὶ μακάρων νῆσοι, τόθι περ τὸν ἄριστον
Ζῆνα θεῶν βασιλῆα ῥέη τέκε τῷδ' ἐνὶ χώρῳ.

Mater Iouis est Rhea, quae Eurynomen, priorem reginam, de caelo deturbauit, quare et luctae perita hoc loco dicitur.

1196 σφὲ μήτης) Hoc σφὲ Scholiastes exponit per Genitiuum αὐτοῦ, vt referatur ad μήτης ὠδῖνας ἔξέλυσε, i. e. *vbi mater eius* (sc. Iouis) *partus doloribus exsoluta est.* Sed cum σφε per rationes Grammaticas Genitiuus esse plane non possit, et Antiptosis admodum dura sit; Canterus per Accusatiuum, *ipsum*, vertit, et hoc pronomen pariter ad *Iouem* traxit. Verum neque hic satis recte;

σφὲ

Θοίνας ἀσέπτους. ὃδ' ἐπίανεν βορᾷ
Νηδύν, τὸν ἀντίποινον ἐκλάψας πέτρον,
Ἐν γυιοκόλλοις σπαργάνοις εἱλιγμένον,
Τύμβος γεγὼς κένταυρος ὠμόφρων σποράς.
Νήσοις μακάρων δ' ἐγκατοικήσεις μέγας
Ἥρως ἀρωγὸς λοιμικῶν τοξευμάτων,
Ὅπᾳ σε πειθεὶς Ὠγύγᾳ σπαρτὸς λεὼς
Χρησμοῖς Ἰατρᾷ Λεψίᾳ Τερμινθέως
Ἐξ Ὀφρυνείων ἠρίων ἀνειρύσας
Ἄξει Καλύδνᾳ τύρσιν Ἀόνων τε γῆν
Σωτῆρ', ὅταν κάμνωσιν ὁπλίτῃ στρατῷ
Πέρθοντι χώραν, Τηνέρᾳ τ' ἀνάκτορα.
Κλέος δὲ σὸν μέγιστον Ἐκτήνων πρόμοι
Λοιβαῖσι κυδανέσιν ἀφθίτοις ἴσον.

Ἥξει

v. 1196. vbi mater eius Rhea, quae Eurynomen (priorem terrarum reginam cum Ophione) vicerat, ipsum peperit, fallens Saturnum coniugem, qui liberos suos deuorabat. Nam is lapidem, fasciis inuolutum, pro filio vorabat, cum liberorum suorum antea sepulchrum vere factus esset.

σφὲ enim non demonstrativum est, sed reciprocum. Rectissime igitur Potterus ad h. l. illud ad *matrem Rheam* refert, hoc sensu: ὅπᾳ μήτης (*Rhea*) σφὲ ἐξέλυσεν ὠδῖνας, notissimo Graecismo, vbi κατὰ omittitur: *soluit se ipsam quoad dolores*, ac simile exemplum citat ex v. 1110 seq. ἐπεί με—ἵκῃξι (κατὰ) πλατὺν τένοντα καὶ μεταφρενον, vbi με plane sic, vt h. l. σφὲ, adhibetur. R.

1199 Τὰς παιδοβρώτας) Lapidem Saturno, qui liberos omnes deuorabat, pro Ioue suppositum fuisse, vt et equum pro Neptuno, docent fabulae. Iam Pausanias extremis Boeoticis supra Chaeroneam tradit esse montem Petrachum, in quo Saturnus hunc lapidem comederit. Centaurum vocat Saturnum, quod infra draco fuerit, itaque biformis, instar Centauri: vel quod olim in equum se conuerterit.

1206 Ὅπᾳ σε) Quum Thebani bello simul et peste vexarentur, Apollinis ora-

Epulas impias: nec satiauit cibo
Ventrem, vicarium deglutiens lapidem,
Fasciis membra vincientibus inuolutum,
Sepulcrum factus prolis centaurus crudelis.
In beatorum igitur insulis habitabis, magnus
Heros, pestiferarum vindex sagittarum:
Quo te fatus Ogygi populus, obtemperans
Oraculis Medici Lepsii Terminthei,
Ex Ophryneis ablatum sepulcris
Feret, Calydni ad moenia, terramque Aonum,
Seruatorem, quum infestabuntur armato exercitu,
Populante regionem, Tenerique oracula.
Tuum denique nomen maximum, diis aequale,
Sacrificiis venerabuntur Thebanorum duces.

Ve-

v. 1204. Habitabis ergo iam in beatorum insulis, o magne heros,
v. 1206. tum, cum te Thebani, Apollinis oraculo moniti, e sepulchro tuo Troiano transferent Thebas in Boeotia, propterea, quod bello ac peste vexabuntur.

oraculo iussi sunt Hectoris ossa Thebas deferre; id erat huiusmodi, citante Pausania:

Θηβαῖοι Κάδμοιο πόλιν κατοικιστάοντες,
Αἶψ' ἐθέλητε πάτραν οἰκεῖν σὺν ἀμύμονι πλάτῳ,
Ἕκτορος ὀστέα Πριαμίδου κομίσαντες ἐς οἴκους
Ἐξ Ἀσίης Διὸς ἐννεσίῃς ἥρωα σέβεσθε. id est:

Cadmei ciues, dentalis clara propago,
Si patria vultis felices degere auita,
Priamidae Thebas arcessite Hectoris ossa
Ex Asia Iouis auspiciis heroa colentes.

Huc pertinet epitaphium Hectoris, nuper in schedis antiquis repertum:

Ἐπὶ Ἕκτορος κειμένῳ ἐν Θήβαις.
Ἕκτορι τόνδε μέγαν Βοιώτιοι ἄνδρες ἔτευξαν
Τύμβον ὑπὲρ γαίης σῆμ' ἐπιγιγνομένοις. id est:

Hectori Thebis.
Heroum tibi Boeoti terram super, Hector,

Hoc

Ἥξει δὲ Κνωσσὸν καὶπὶ Γόρτυνος δόμους·
Τἀμὸν ταλαίνης πῆμα, πᾶς δ' ἀνάσατος
Ἔσαι στρατηγῶν οἶκος. ὁ γὰρ ἤσυχος
Πορκεὺς δίκωπον σέλμα ναυσολῶν ἑλᾷ,
Λευκὸν στροβήσων φύλακα τῆς μοναρχίας,
Ψυδραῖσί τ' ἔχθραν μηχαναῖς ἀναπλέκων,
Ὃς ὅτε τέκνων φείσετ', ὅτε συγγάμοις
Μήδας δάμαρτος, ἠγριωμένος φρένας,
Οὐ Κλεισιθήρας θυγατρὸς, ἧς πατὴρ λέχος
Θρέπτῳ δράκοντι συγκαταινέσει πικρόν.
Πάντας δ' ἀνάγνοις χερσὶν ἐν ναῷ κτενεῖ,
Λώβαισιν αἰκισθέντας Ὀγκαίᾳ βόθρου.
Γένους δὲ πάππων τῶν ἐμῶν αὖθις κλέος
Μέγιστον αὐξήσουσιν ἄμναμοί ποτε,

Αἰχ-

v. 1212. Tuum denique nomen maximum duces Thebani sacrificiis religiosissime colent.

v. 1214. Extendet se vero etiam in Cretam nostra calamitas, et omnis ibi regia *Idomenei* domus peribit.

Hoc strúxere viri, lúcida signa suis.

Ogygi populum vocat Thebanos, ab Ogygo rege. Eosdem praeterea ex dentibus draconis a Cadmo satis ortos esse, non est obscurum: licet nonnulli διὰ τὸ σπορᾶδην οἰκῆσαι, eos Spartos dictos putent.

1206 Ὅπῃ) hanc voculam hic non de *loco*, sed de *tempore* capiendam esse, pro ὅταν, *tum*, *quum*, contextus ac series totius orationis satis docent. R.

1207 Λεψίᾳ Θερμινθέως) Lepsius dicitur Apollo ab oraculorum obscuritate: Termintheus ab herbis quibusdam. Ophrynium est Troiae oppidum, in quo erat Hectoris sepulcrum. Calydni moenia Thebas dicit a Calydno, rege Thebano. Aoniam quoque fuisse prius appellatam Boeotiam, testatur Apollonii scholiastes, et Theocritus:

Ἀονίᾳ πεδίοιο βαθὺν βῶλον ἀροῦντες,

de agro Thebano loquens.

Tene-

Veniet etiam Gnosum et Gortynae ad aedes
Mea miserae clades, totaque vastabitur
Principum domus; inquietus etenim
Piscator biremem aget nauigans ratem,
Leucum agitaturus, regni custodem,
Fallacibusque odium dolis conciliaturus:
Qui neque liberis parcet, neque coniugi
Medae vxori, exacerbatus animum,
Neque Clisitherae filiae, cuius pater torum
Alumno draconi spondebit acerbum:
Sed omnes impiis manibus in Onceae foueae
Templo occidet, contumeliis affectos.
Gloriam porro generis maiorum meorum
Maximam rursus augebunt olim posteri,

Ha-

v. 1216. Nauplius enim ille impius (saepe iam dictus) veniet eo absente in hanc insulam, et Leucum, quem Idomeneus regni et familiae custodem reliquit, aduersus eum concitabit.
v. 1220. Atque hic et liberos Idomenei, et Medam, vxorem, et in primis Clisitheram filiam (quam tamen ei pater post bellum daturum se promisit) in templo Cereris misere vexatos, impia manu interficiet.

Tenerus denique Apollinis fuit, filius cuius apud Ismenum extabat oraculum, de quo Pindarus Pyth. 11. De Ectenis diximus.

1214 Κνωσσὸν) quae est Cretae vrbs, vt et Gortyna. Cretae autem imperabat Idomeneus. Piscatorem dicit Nauplium, qui instar piscatoris coniuges Graecorum in adulterium pelliciebat.

1218 Λευκὸν) Talonis filium, apud quem Idomeneus, Troiam petiturus, regnum deposuerat: ille vero a Nauplio instigatus, occisa vxore et liberis Idomenei, regnum Cretense sibi vindicauit. Alumnum dicit eundem Leucum, quem, quum puer esset expositus, alendum pro adoptato susceperat Idomeneus, eidem quoque filiam se daturum in vxorem, postquam domum rediisset, promiserat. 1225

Αἰχμαῖς τὸ πρωτόλειον ἄραντες σέφος,
Γῆς καὶ θαλάσσης σκῆπτρα καὶ μοναρχίαν
Λαβόντες. ἐδ' ἄμηστον, ἀθλία πατρὶς,
Κῦδος μαρανθὲν ἐγκατακρύψεις ζόφῳ.
Τοιόσδ' ἐμός τις σύγγονος λείψει διπλᾶς
Σκύμνους λέοντας, ἔξοχον Ῥώμης γένος,
Ὁ Καστνίας τε τῆς τε Χοιράδος γόνος,
Βλαῖς ἄριστος, ἐδ' ὀνοστὸς ἐν μάχαις.
Ὃς πρῶτα μὲν Ῥαίκηλον οἰκήσει μολὼν,
Κισσᾶ παρ' αἰπὺν πρῶνα καὶ Λαφυσίας
Κερασφόρους γυναῖκας. ἐκ δ' Ἀλμωνίας
Πάλιν πλανήτην δέξεται Τυρσηνία

Λιγ-

v. 1226. Contra ea gloriam maiorum meorum posteri nostri valde augebunt, bellica virtute maris ac terrae imperium adepti, nec tu proinde, o patria mea, obscura manebis.

v. 1232. Tales enim posteros duo v. c. *Romulum* ac *Remum*, habebit consanguineus meus, *Aeneas*, Veneris filius, prudens ac fortis, qui, fugiens e Troia,

1225 Ὀγκαίᾳ) Oncaea Ceres seu Erinnys in Oncio, Arcadiae regione, secundum Paus. colebatur, vt et Apollo Oncaeus. Cereri porro in fouea templi, ceu infernae deae, sacrum fiebat, cuius geminum quiddam supra de Baccho relatum est.

1226 κλέος) Originem Vrbis et imperii Romani, ab Aenea ad Romulum et Remum deducti, deinceps explicat.

1232 σύγγονος) Aeneas. Tros enim Ilum genuit et Assaracum: quorum ille Laomedontem, Priami patrem, hic Capyn, patrem Anchisae, procreauit. Ab Aenea deinde orti Romulus et Remus, quos heic leunculos vocat. Castnia et Choeras, Veneris epitheta, matris Aeneae Ac de Castnia quidem ante diximus: Choeras autem a porcis, quos illi mactabant Argiui, potest nuncupata videri.

1233 ῥώμης) Codd. Witteb. tres hic constanter ῥώμη legunt, casu tertio; quae lectio

Haſtis erecta primarum corona partium,
Terrae marisque ſceptrum et imperium
Adepti: neque obſcuram, infelix patria,
Gloriam marceſcentem tenebris occultabis.
Tales meus quidam conſanguineus relinquet duos
Leunculos, eximiam Romae ſtirpem,
Caſtriae filius et Choeradis,
Conſilio optimus, nec ineptus bello:
Qui primum Rhaecelum veniens habitabit
Apud altum Ciſſi montem, et Laphyſtias
Cornigeras mulieres; ex Halmopia vero
Rurſus erronem excipiet Tyrrhenia,

Lyn-

v. 1235. primum in Macedonia ad montem Ciſſum, et apud Mimallonas habitabit; inde vero in Italiam veniet,

ctio mihi quoque multo verisimilior et vaticinio conuenientior videtur, quum vulgata. quae *Romam* diſerte videtur nominare, nimis definitam notionem contineat, eoque ipſo fraudem prodat; altera illa contra, appellatiui ad nomen vrbis proprium alluſione multo plus ſuauitatis lectori afferat. R.

1236 Ῥαικηλον) Macedoniae vrbem. Ciſſus etiam eius regionis mons eſt. Laphyſtiae mulieres aliter Mimallones vocantur; nomen ducunt a Baccho, qui Laphyſtius a monte quodam Boeotiae denominatur, gerunt quoque cornua, Bacchi exemplo. Pro Ἀλμωνίας lego Ἀλμωπίας ex Stephano et Thucyd. eſt enim regio Macedoniae, ab Halmope gigante nomen ſortita, et poſtea Minya dicta; Pauſanias tamen Halmones vicum Boeotiae tradit. Piſa et Agylla (quae aliter Caere) vrbes Italiae. Virg.

Vrbis Agyllinae ſedes, vbi Lydia quondam
Gens bello praeclara, iugis conſedit Etruſcis.

Agyllae etiam nymphae meminit Silius Ital. initio quinti.

Λιγγεύς τε, θερμὸν ῥεῖθρον ἐκβράσσων ποτῶν,
Καὶ Πίσσ' Ἀγύλλης θ' αἱ πολύῤῥηνοι νάπαι.
Σὺν δέ σφι μίξει φίλιον ἐχθρὸς ὢν στρατὸν,
Ὅρκοις κρατήσας καὶ λιταῖς γουνασμάτων
Νάνος πλάναισι πάντ' ἐρευνήσας μυχὸν
Ἁλός τε καὶ γῆς. σὺν δὲ δίπτυχοι τόκοι
Μυσῶν ἀνακτος, (οὗ ποτ' Οἰκουρὸς δόρυ
Γνάμψει θέοινος, γυῖα συνδήσας λύγοις)
Τάρχων τε καὶ Τυρσηνὸς, αἴθωνες λύκοι,
Τῶν Ἡρακλείων ἐκγεγῶτες αἱμάτων.
Ἔνθα τράπεζαν, εἰδάτων πλήρη, κιχὼν,
Τὴν ὕστερον βρωθεῖσαν ἐξ ὀπαόνων,

Μνήμην

v. 1242. vbi incidens in eum Vlysses cum hostili manu, foedus cum ipso faciet,

v. 1245. simulque duo Telephi (quem aliquando Bacchus supplantando impediet, ne Graecos depellat, v. 211---216.) filii, *Tarchon* ac *Tyrrhenus*, Herculis nepotes.

1242 Σὺν δέ σφι) Aenea. Nanus quondam appellatus fuit Vlysses. Alii hoc vocabulum Tyrrhenum esse malunt, et erronem sonare. Vlysses igitur primum Aeneam ad foedus feriendum adiget, deinde etiam adiungent se Aeneae Tarchon et Tyrrhenus, Telephi filii: cuius quidem societatis causam Euandro tribuit Virgilius, qui et Lib. X. sic ait:

— *Tarchon*

Iungit opes, foedusque ferit. —

1245 σὺν δὲ) Quemadmodum heic σὺν vsurpatur, ita quoque apud Sophocl. Antigone:

— Σὺν δέ νιν

Θηρώμεθ' εὐθὺς οὐδὲν ἐκπεπληγμένην. et Euripidem Hippolyto:

Σὺ τὰν θεῶν ἄκαμπτον φρένα καὶ βροτῶν ἄγεις, Κύπρι. σὺν δ' ὁ ποικιλότερος, etc. Nec aliter intelligendum est illud, σὺν δισσὰ, quod olim in oraculo quodam Sibyllino reponendum docuimus. Pro σὺν nonnunquam vsurpant ἐν,

Lynceusque calidum eiiciens laticum flumen,
Et Pisa, saltusque Agyllae pecorosi.
Cum illo deinde iunget amicum inimicus exercitum,
Iuramentis adigens et precibus geniculatis,
Nanus, erroribus omnes perscrutatus angulos
Maris terraeque: simul quoque gemini filii
Mysorum regis (cuius aliquando Latitans hastam
Curuabit vini deus, crura viticibus colligans)
Tarchon et Tyrrhenus, lupi feruidi,
Herculeo prognati sanguine:
Vbi mensam cibis plenam offendens,
Quam postea comederant socii,

v. 1250. Hic igitur mensam, cibis plenam, offendens, quam socii eius, (quia meris panibus constat) comedent, recordabitur; hoc ipsi ab oraculo olim praedictum esse,

ἐν, vt Sophocles initio Oedipi regis:

— Ἐν δ' ὁ πυρφόρος θεὸς
Σκήψας ἐλαύνει λοιμὸς ἔχθιστος πόλιν.

1246 ὅ ποτ') Historiam Telephi vulnerati supra enarrauimus. Vocatur Bacchus Latitans; quod eius mysteria nocte celebrabantur: symbolice vero, quasi vinum diligenter seruandum sit et abscondendum.

1249 Τῶν Ἡρακλείων) Telephus enim pater, Herculis erat filius ex Auge, Alei filia.

1252 Θεσπισμάνων) ab Harpyia, si Virgilio credimus, et Anchise acceptorum; vel potius a Ioue Dodonaeo: Ea iubebant Aeneam eo loco vrbem condere, vbi, postquam socii mensas comedissent, quadrupes animal praecedens procumberet.

1253 Βορειγόνων) quo quidem nomine quondam fuerunt Itali. Quod autem triginta vrbes ab Aenea conditas ait Lycophron, defendi sane vix vlla ex historia potest; quinimo veniam me-

Μνήμην παλαιῶν λήψεται θεσπισμάτων.
Κτίσει δὲ χώραν ἐν τόποις Βορειγόνων
Ὑπὲρ Λατίνους Δαυνίους τ' ὠκισμένην,
Πύργους τριάκοντ', ἐξαριθμήσας γονὰς
Συὸς κελαινῆς, ἣν ἀπ' Ἰδαίων λόφων
Καὶ Δαρδανείων ἐκ τόπων ναυσθλώσεται,
Ἰσηρίθμων θρέπτειραν ἐν τόκοις κάπρων.
Ἧς καὶ πόλει δείκηλον ἀνθήσει μιᾷ
Χαλκῷ τυπώσας, καὶ τέκνων γλαγοτρόφων.
Δείμας δὲ σηκὸν Μυνδίᾳ Παλληνίδι,
Πατρῷ ἀγάλματ' ἐγκατοικιεῖ θεῶν.
Ἃ δὴ, παρώσας καὶ δάμαρτα καὶ τέκνα,
Καὶ κτῆσιν ἄλλην ὀμπνίαν κειμηλίων,
Σὺν τῷ γεραιῷ πατρὶ πρεσβιώσεται,
Πέπλοις περισχὼν, ἧμος αἰχμηταὶ κύνες

Τὰ

v. 1253. et in terra Aboriginum aedificabit triginta turres, ad numerum porcellorum nigrae suis, quam a Troia secum naui vexit, et quae illos porcellos vno partu edidit,

v. 1259. cuius quoque, et porcellorum simulacrum aereum in vrbe Roma olim statuet.

meretur omnino Poëta, si Chalcidensis ipse, in historia Romana, quae ipsius aetate paucis erat cognita, minus fuit versatus. Ceterum vera historia tradit, Aeneam quidem Lauinium condidisse, filium autem, Ascanium, tricesimo post anno Albam exstruxisse, albae suis omine dictam, quae fuit, vt ait Iuuenalis:

— *Nunquam visis viginta clara mamillis.*

1254 Ὑπὲρ Λατίνους,) Stephanus hunc versum sic legit:

Ὑπὲρ Λακίης, Δαυνίης τ' ὠκισμένην, vt sint vrbes Italiae duae.

1255. πύργους τριάκοντ') Merito hic Scholiastes reprehenditur, qui per πύργους *vrbes* intelligit, et, quoniam hoc historiae repugnet, ideo Lycophronem stultitiae accusat. Sane, vt Meursius recte vidit, per πύργους nihil aliud,

In memoriam veterum redibit oraculorum,
Condetque in regione Aboriginum,
Vltra Latinos Dauniosque habitata,
Turres triginta, partus enumerans
Suis nigrae, quam ab Idaeis collibus
Et ſedibus Dardaniis naui vehet,
Totidem porcellorum in partu nutricem:
Cuius etiam in vrbe vna ſimulacrum conſecrabit
Aere ſculptum et porculorum lactentium.
Exſtructo autem templo Myndiae Pallenidi,
Penatum deorum intus collocabit ſimulacra,
Quae ſane, contemnens et vxorem et liberos,
Et poſſeſſionem aliam theſaurorum opinam,
Cum ſene patre pluris faciet,
Veſtibusque inuoluet, quando bellicoſi canes

v. 1261. Porro Mineruae templum exſtruet, in quo penates ſuos collocabit, quorum ſimulacra, cum patre Anchiſe, anteferet vxori, liberis, et omnibus theſauris; eaque veſtibus inuoluet tum, cum Graeci Troiam incendent; vnde (ob hanc pietatem) hi quoque ei permittent abire, et ſecum auferre, quidquid velit.

aliud, niſi *triginta turres vnius eiusdemque vrbis* (quam etiam diſerte poeta v. 1259 μίαν πόλιν vocat) innui videntur. Nec obſtat, quod Aeneas vrbem illam, *Albam Longam*, non ipſe, ſed poſt eum Aſcanius filius demum condidit. Nam quod quis per poſteros facit, id ipſe, (apud vates certe) feciſſe putandus eſt. Ita omnia ſibi conſtant, neque excuſatione illa, parum honeſta, opus eſt, qua Canterus Lycophroni voluit ſuccurrere. R.

1258 Ἰσηφίδμων) Heic etiam Scholiaſtes antiquum obtinet, quaeque non intelligit, inepte carpit.

1259 Ἥς κ.τ.λ.) Nonius Marc.

Grundules lares dicuntur Romae conſtituti ad honorem porcae, quae triginta pepererat.

1261

Τὰ πάντα πάτρας συλλαφύξαντες πάλῳ,
Τέτῳ μόνῳ πόρωσιν ἄρεσιν, δόμων
Λαβεῖν ὃ χρήζει, κἀπενέγκασθαι δάνος.
Τῷ κἀμὲ παρ' ἐχθροῖς εὐσεβέσατος κριθεὶς, 1270
Τὴν πλεῖσον ὑμνηθεῖσαν ἐν χάρμαις πάτραν
Ἐν ὠψιτέκνοις ὀλβίαν δομήσεται
Τύρσιν μακεδνὰς ἀμφὶ Κιρκαίᾳ νάπας,
Ἀργᾶς τε κλεινὸν ὅρμον Αἰήτην μέγαν,
Λίμνης τε Φόρκης Μαρσιωνίδος ποτὰ, 1275
Τιτώνιόν τε χεῦμα, τᾷ κατὰ χθονὸς
Δύνοντος εἰς ἄφαντα κευθμῶνος βάθη,
Ζωστηρίᾳ τε κλιτὺν, ἔνθα παρθένᾳ
Στυγνὸν Σιβύλλης ἐστὶν οἰκητήριον,
Γρώνῳ βερέθρῳ συγκατηρεφὲς στέγης. 1280
Τοσαῦτα μὲν δύσληπα πείσονται κακὰ
Οἱ τὴν ἐμὴν μέλλοντες αἴτιώσειν πάτραν.
Τί γὰρ ταλαίνῃ μητρὶ τῇ Προμηθέως
Ξυνὸν πέφυκε, κἠ τροφῷ Σαρπηδόνος,

Ἃς

v. 1270. Hinc et ab ipsis hostibus pius iudicatus, nouam suam patriam, bellicosam Romam, per posteros aedificabit, felicem illam arcem, iacentem in Italia, vbi mons est Circaeus, portus Aeetes, Phorce palus, Titon fluuius, promontorium Zosterium, vbi antrum Sibyllae Cumaeae reperitur.

v. 1281. Tot igitur ac tanta mala Graeci, patriae meae vastatores, perpetientur!

1261 Μυνδίᾳ Παλληνίδι) Minerua cur Myndia vocetur, iam diximus: Pallenis autem dicitur a Pallene vico Atticae. Euripides:

Παλληνίδος γὰρ σεμνὸν ἐκπερῶν πάγον
Δίας Ἀθήνας. —

1260 κύνες) Graeci, qui, direpta Troia, solum Aeneam, vt volunt nonnulli, liberum dimiserunt. Xenophon κυνηγετικῷ. Αἰνείας δὲ σώσας μὲν τοὺς πατρῴους καὶ μητρῴους θεοὺς, σώσας δὲ καὶ αὐτὸν τὸν πατέρα, δόξαν εὐσεβείας ἐξηνέγκατο, ὥστε καὶ οἱ πολέμιοι μόνῳ ἐκείνῳ ὧν ἐκράτησαν ἐν Τροίᾳ, ἔδοσαν μὴ συληθῆναι.

1267

Omnem patriam ſimul diripientes ſorte,
Huic ſoli dabunt optionem ex aedibus
Sumendi quod velit, et auferendi pro praemio.
Quapropter et ab inimicis iudicatus pietatis pleniſſimus,
Plurimum celebratam in bellis patriam
Per poſteros aedificabit, felicem
Arcem, altas iuxta Circaei ſiluas
Portumque Argonis inclytum, Aeeten magnum,
Phorcesque, Marſicae paludis, latices,
Titonisque aquam ſub terram
Subeuntis in obſcuras hiatus profunditates,
Et Zoſterii promontorium, vbi virginis,
Horrendum eſt Sibyllae domicilium,
Cauo antri barathro contectum.
Ac tot quidem intoleranda patientur mala,
Qui meam vaſtaturi ſunt patriam.
Quid enim miſerae Promethei matri
Et Sarpedonis genitrici commune fuit?

v. 1283. Quid, quaeſo, miſerae Aſiae cum Europa fuit negotii, quas tamen et Helleſpontus, et Symplegades, et Salmydiſſus fluuius, et Pontus Euxinus, inhoſpitalis, ſeparant, et Tanais, per mediam Maeotidem ruens, diſtinet, quae (Maeotis) gratiſſima eſt incolis, qui ob frigus ſemper in pedibus perniones habere ſolent?

1267 πάτραν) Romam. Hanc Aeneas per poſteros, Romulum et Remum, exſtruxit. Circaeus mons eſt, vel litus, a Circe incola denominatum. Ouidius:

Et quod adhuc Circes nomina litus habet. Virg.
Circaeumque iugum, —

Horatius etiam Circaea moenia dixit. Aeetes, Italiae portus, ad quem Argo navis quondam fuit appulſa; verum eſt alius ab Argoo portu Aethaliae inſulae. Titon, Italiae fluuius, qui non in mare, ſed in ſpecum quandam defluit.

1283

Ἂς πόντος Ἕλλης, καὶ πέτραι Συμπληγάδες,
Καὶ Σαλμυδισσὸς, καὶ κακόξενος κλύδων,
Σκύθαισι γείτων, καρτεροῖς εἴργει πάγοις,
Λίμνην τὲ τέμνων Τάναϊς ἀκραιφνὴς μέσην
Ῥεύθροις ὁρίζει, προσφιλεσάτην βροτοῖς
Χίμετλα Μαιώταισι θρηνῶσι ποδῶν.
Ὤλοιντο ναῦται πρῶτα Καρνῖται κύνες,
Οἳ τὴν βοῶπιν ταυροπάρθενον κόρην
Λέρνης ἀνηρείψαντο, Φορτη δὲ λύκοι,
Πλάτιν πορεῦσαι κῆρα Μεμφίτῃ πρόμῳ.
Ἔχθρας δὲ πυρσὸν ἦραν ἠπείροις διπλαῖς.
Αὖθις γὰρ ὕβριν τὴν βαρεῖαν ἁρπαγῆς
Κούρητες ἀντίποινον Ἰδαῖοι κάπροι
Ζητοῦντες, αἰχμάλωτον ἤμπρευσαν πόριν
Ἐν ταυρομόρφῳ τράμπιδος τυμπώματι

Σαρα-

v. 1291. Vtinam ergo periissent *Phoenices*, qui primi *Ionem*, Inachi filiam, ex vrbe Lerna raptam, Osiridi in Aegyptum coniugem adduxerunt, eaque re vtrique (Asiae et Europae,) facem odii sustulerunt!

1283 Τί γὰρ) Post longam enumerationem variarum calamitatum ex bello Troiano tum Graecis, tum Troianis, ortarum, quaerit apud se Cassandra, quae fuerit belli tanti origo, quod inter Asiam et Europam fuit commissum, quarum tamen exactissime definiti sint termini. Prometheum ex Iapeto peperit Asia, vt Sarpedonem ex Iove Europa: a quibus continentes duas quidam denominatas volunt. Inhospitalem fluctum vocat pontum Euxinum, quem Aeschylus simili figura ἐχθρόξενον dixit. Tanais porro per paludem Maeotidem, ex qua oritur, purus transit, non permistus: qui mos est rapidorum fluminum. Pernionibus laborant Scythae, paludis accolae, propter intensum loci frigus.

1291 Ὤλοιντο ναῦται) Originem et seriem bellorum inter Asiam et Europam vsque

Quas Helleſpontus, et Symplegadum ſaxa,
Et Salmydiſſus, atque inhoſpitalis fluctus,
Scythis vicinus, firmis arcet rupibus,
Paludemque dirimens rapidus Tanais mediam,
Fluentis diſtinet, hominibus iucundiſſimam
Maeotiis, perniones pedum lugentibus.
Pereant nautae primum Carnitae canes,
Qui bouis praeditam facie taurivirginem puellam
A Lerna aſportarunt, mercatores lupi,
Coniugem deducendam infelicem Memphitum duci:
Odiique facem duabus extulere continentibus.
Rurſus enim iniuriam grauem raptus
Mutuam Curetes Idaei apri
Perſequentes, captiuam traxerunt iuuencam
In tauriformi nauigii vaſe

v. 1296. Nam hunc raptum vlturi *Cretenſes*, *Europam* e Sarepta, Phoeniciae viciſſim raptam, in naue tauriformi in Cretam ad Iouem, (vel Aſterium) vxorem deduxerunt.

vsque ad Magnum Alexandrum geſtorum exorditur hoc loco Poëta, miro artificio et venuſtate contextam. Iuuabit autem haec cum initio Herodoti conferre.

1292 Καρνῖται) Phoenices, ex Carne, Phoeniciae vrbe; illi enim Argos profecti, Ionem, Inachi regis filiam rapuerunt, et ad Oſiridem, Aegypti principem, abduxerunt. Ea bouis faciem habuiſſe dicitur, quod in bouem olim fuerit mutata; qua de cauſa etiam tauriuirgo nuncupatur. Lerna, palus Argiua, ſecundum quosdam, etiam vrbs. Continentes duas dicit Aſiam et Europam.

1297 Κρῆτες) qui Iouem in Creta educarunt. Cretenſes enim Europam viciſſim pro Ione ex Sarape, ſiue Sarapta, Phoeniciae vrbe, rapuerunt. Dictaeum palatium eſt in Creta, cui[illegible] mons

Σαρεπίαν Δικταῖον εἰς ἀνάκτορον
Δάμαρτα Κρήτης Ἀστέρῳ στρατηλάτῃ.
Οὐδ' οἵ γ' ἀπηρκέσθησαν ἀντ' ἴσων ἴσα
Λαβόντες, ἀλλὰ κλῶπα σὺν Τεύκρῳ στρατὸν
Καὶ σὺν Σκαμάνδρῳ Δαυκίῳ φυτοσπόρῳ
Εἰς Βεβρύκων ἔσειλαν οἰκητήριον
Σμίνθοισι δηρίσοντας, ὧν ἀπὸ σπορᾶς
Ἐμοὺς γενάρχας ἐξέφυσε Δάρδανος,
Τήμας Ἀρίσβαν, Κρῆσσαν εὐγενῆ κόρην.
Καὶ δευτέρους ἔπεμψαν ἅρπαγας λύκους
Ταγῷ μονοκρήπιδι κλέψοντας νάκην,
Δρακοντοφρέροις ἐσκεπασμένην σκοπαῖς.
Ὃς εἰς Κυταίαν τὴν Λιγυστικὴν μολὼν,

Καὶ

v. 1302. Neque vero contenti, par pari retuliſſe, exercitum cum Scamandro Cretenſi, eiusque filio Teucro, in Phrygiam miſerunt, vt vrbem ibi conderent; quibus cum ab oraculo aſſignatus eſſet, locus is, vbi *terrigenae* eos inuaſiſſent, mures noctu eorum arma arroſerunt, ſicque oraculum euentum habuit.

mons Dicte. Stellatum imperatorem vocat Iouem, qui cum Europa rem habuit: niſi malis Aſterum per Syncopen dici Aſterium, Minois filium, qui Europam, poſtquam a Ioue rapta fuit, in vxorem duxerit, vt auctor eſt Diodorus Siculus.

1303. σὺν Τεύκρῳ) Vide, quae ad v. 450. dicta ſunt. R.

1304 Σκαμάνδρῳ) qui cum filio, Teucro, in Aſiam profectus eſt ad coloniam deducendam, quum datum eſſet illi oraculum, vt eo loco vrbem conderent, quo terrigenae ipſos inuaſiſſent. Ad Troiam igitur quum veniſſent, mures eadem nocte arma ipſorum arroſerunt. Quo euentu poſtquam intellexerunt oraculum eſſe abſolutum, Sminthium ſiue Smintham vrbem exſtruxerunt, et in ea Sminthii Apollinis templum, (in eo ſepulta fuit Herophile Sibylla, templi eius quondam aeditua) a muribus, quos Cretenſes vocant Sminthos, denominati. Dardanus deinde

Sarapeam Dictaeam in palatium,
Vxorem ſtellato Cretae imperatori.
Nec illi contenti fuerunt pro paribus paria
Accepiſſe: ſed raptorem exercitum cum Teucro,
Et cum genitore, Scamandro Cretenſi,
In Bebrycum regionem dimiſerunt
Cum muribus pugnaturos: ex quorum origine
Meos maiores procreauit Dardanus,
Ducta Arisba Creſſa nobili puella.
Quin etiam ſecundos miſerunt rapaces lupos,
Regi vnum induto calceum furaturos vellus
Draconis cuſtodibus munitum excubiis;
Qui Cytaeam veniens Liguſticam,

Et

v. 1306. Et ab his ego genus traho, quia Dardanus Arisbam, Teucri filiam (vel ſororem) in matrimonium duxit.
v. 1309. Quin etiam *ſecundo* miſerunt *Argonautas* Europaei, qui Iaſoni vellus aureum, a dracone ſeruatum, furarentur;

de Arisbam vel Bateam, Teucri filiam vel ſororem, duxit: ex qua Erichthonium, patrem Trois, auum Ili, procreauit.

1309 Ἅρπαγας) Pro Ἅρπαγας Stephanus et Euſtathius legunt Ἄτραξας, id eſt Theſſalos; eſt enim Atrax Theſſaliae oppidum et fluuius. Catullus:

Smyrna cauas Atracis penitus mittetur ad vndas.

Hinc Atracius pro Theſſalico. Statius:

— *Qualis per nubila Phoebes*
Atracia rubet arte labor. —

Valerius Flaccus:

Quamuis Atracio Lunam ſpumare veneno
Sciret, et Acmoniis agitari cantibus vmbras.

1310 Ταγῶ) Iaſoni. Argonauticam hiſtoriam totam habent Orpheus et Apollonius. Cytaea, vrbs Colchidis. Pro Λιγυστικὴν in Stephano legitur Λιβυστίνην. Sunt autem Libyſtini Colchis vicini. Sin alterum malis, dices cum Euſtathio, a Tyrrhenis Liguribus deductam fuiſſe in Aſiam co-

lo-

Καὶ τὸν τετράπηνη ὕδρον εὐνάσας θρόνοις,
Καὶ γυρὰ ταύρων βασάσας πυριπνόων
Ἄροτρα, καὶ λέβητι δαιτρευθεὶς δέμας,
Οὐκ ἀσμένως ἔμαρψεν ἐρρᾴθ σκύτος,
Ἀλλ' αὐτόκλητον ἁρπάσας κεραΐδα,
Τὴν γνωτοφόντιν καὶ τέκνων ἀλάστορα,
Εἰς τὴν λάληθρον κίσσαν ἡρματίξατο
Φθογγὴν ἐδωλίων Δαωνικῶν ἄπο
Βροτησίαν ἰεῖσαν, ἔμπαιον δρόμων.
Πάλιν δ' ὁ πέτρας ἀσκέρας ἀνειρύσας,
Καὶ Φασγάνῳ ζωστῆρα καὶ ξίφος πατρὸς,
Ὁ Φημίᾳ παῖς, Σκῦρος ᾧ λυγροὺς τάφους

Κερη-

v. 1312. qui, (Iaſon) veniens in Colchidem, ſopito dracone, iungens tauros igniuomos aratro ferreo, et a Medea pharmacis magicis adiutus, non impune prorſus arietis vellus cepit, ſed ſimul coactus eſt, Medeam profugam, fratris et filiorum interfectricem, voluntariam in nauem *Argo* imponere, quae nauis vias callebat, et voces humanas poterat edere.

loniam. Promiſerat autem Iaſoni vellus aureum Aeetes, vt eſt in Apollonio, ſi prius tauros igniuomos ſub ferreum iungeret aratrum, itaque draconis a Cadmo interfecti dentes ſereret. Quod certamen quum Iaſon opera Medeae pharmacorum peregiſſet, iisdem deinde pharmacis etiam draconem, velleris aurei cuſtodem, ſopiuit, et impune vellus abſtulit. Iam Iaſonem a Medea recoctum fuiſſe, notum eſt. Quem vocat Medeam, quae Abſyrtum fratrem, et liberos trucidauit. Et quemadmodum heic γνωτοφόντις de fratre dicitur, ita quod inquit ad Antigonen Sophoclis Chorus; σὲ δ' αὐτόγνητος ὤλεσ' ὀργὰ, eodem pacto de fratre Polynice, non de propria Antigones voluntate eſt intelligendum; nam fratris ira, bellum commoventis, prima fuit Antigones mortis cauſa; neque aliter ipſa modo dixerat ad fratrem, θανὼν ἔτ' ὄντας κατήκεσάς με. Mortuus, inquit, viuam me peremiſti. Atque haec ἐν παρόδῳ.

Et quadrinarem draconem ſopiens pharmacis,
Curuaque taurorum regens igniuomorum
Aratra, et in lebete corpus excoctus,
Non impune cepit arietis vellus,
Sed voluntariam rapiens ouem
Fratricidam, filiorumque perditricem,
In loquacem impoſuit picam,
Vocem e tranſtris Chaonicis
Humanam emittentem, curſus peritam.
Rurſum qui e ſaxo calceos extraxerat,
Enſisque cingulum et gladium patris,
Phemii nepos, cui Scyrus ſepulcrum triſte

Ar-

v. 1322. Rurſus *Theſeus*, (per calceos, enſem, ac cingulum, ex petra extractos, a patre Aegeo agnitus) qui in inſula Scyro a Lycomede rege de ſaxo praecipitatus eſt,

1310. Ταχῷ μονοκρήπιδι) Hic Datiuus non eſt incommodi, (alioqui debuiſſet poni: *Aeetae*, *regi Colchidis*) ſed commodi, h. e. *Iaſonis cauſſa*, *in Iaſonis gratiam*, vt hic vellus aureum ab Aeeta auferre poſſet. R.

1315 λέβητι δαιτρευθεὶς δέμας) Hoc loco poëta hanc rem tribuit Iaſoni; vulgatior traditio patri eius, Aeſoni, qui a Medea, magicis herbis, recoctus et iuuenili vigori reſtitutus dicitur. R.

1316 ἐκ ἀσμένως) Canterus vertit: *non impune*; Scaliger *non libenter*, neuter, vt arbitror, ſatis accurate. Nam *non libenter* eſt contra contextum et hiſtoriam, *impune* autem ἀσμένως nunquam ſignificat. Itaque, cum prima τῦ ἀσμένως notio ſit *cum gaudio*, ego potius ita verterim explicemque ἐκ ἀσμένως: *magno ſua cum triſtitia*, *magna ſuo malo*, quod etiam ſequentia manifeſte docent, vbi ſcelera Medeae, quibus Iaſonem poſtea cruciauit, commemorantur. Commodiſſime ergo Scholiaſtes ineditus haec verba interpretatur: ἐκ εὐτυχῶς. R.

1319 λαλήθρου κίσσαν) Argonautarum nauem intelligit,

Κρημνῶν ἔνερθεν αἰγίλιψ ἑοιζημένων
Πάλαι δοκεύει τὰς ἀταρχύτους ἐιφὰς,
Σὺν θηρὶ βλώξας τῷ σπάσαντι δηΐας
Μύξῃ Τροπαίας μασὸν εὔθηλον θεᾶς,
Ζωηροκλέπτης, νεῖκος ὤρινεν διπλοῦν,
Στόρνην τ' ἀμέρσας, καὶ Θεμισκύρας ἄπο
Τὴν τοξόδαμνον νοσφίσας Ὀρθωσίαν.
Ἧς αἱ ξύναιμοι παρθένοι Νεπτενίδες,
Ἔριν λιπεῖσαι Λάγμον, ἠδὲ Τήλαμον
Καὶ χεῦμα Θερμώδοντος, Ἀκταῖόν τ' ὄρος,
Ποινὰς ἀθέλκτορς ἁρπαγῆς διζήμεναι
Ὑπὲρ κελαινὸν Ἶσρον ἦλασαν Σκύθας
Ἵππους, ὁμοκλήτειραν ἱεῖσαι βοὴν
Γραικοῖσιν ἀμνάμοις τε τοῖς Ἐρεχθέως.
Καὶ πᾶσαν ἀκτὴν ἐξεπόρθησαν δορί,

Τὰς

v. 1327. cum *Hercule*, qui a Iunone lactatus, et Athenienſium myſteriis deinde initiatus eſt, in Scythiam ad Amazonas veniens,

v. 1329. duplici furto duplicem rixam excitauit, *primum* auferendo zonam Hippolytae, *deinde* rapienda Hippolyta ipſa,

git, quae loquuta eſt aliquoties, vt apud Apollon. lib. IV. vnde picae garrulae confertur. Eius tranſtra vocat Chaonica, quoniam ex lignis Dodoneis erant. Apollonius:

Ἐν γὰρ οἱ δόρυ θεῖον ἐλήλατο, τόφρ' ἀνὰ μέσσην
Στεῖραν Ἀθηναίη Δωδωνίδος ἥρμοσε φηγοῦ.

ἡρμοτίξατο videtur ab ἐρματίζομαι deduci, quod ſit, in nauem pro ſaburra impono. Euripides:

Νύμφας ἐς οἴκους ἐρματίζονται βροτοί.

1324 Φημίου παῖς) Theſeus, de quo dictum eſt. Is in Scyro, Cycladum inſula, de ſaxo in mare praecipitatus fuit. Lego autem ἑοιζημένων, quemadmodum mox dicet:

Κύφελλα δ' ἰὼν τηλόθεν ἑοιζημένων.

1326 τὰς ἀταρχύτους ἐιφὰς) Haec verba, quum, abſoluto conſtructionis ordine, qui

Ardua ſub praecipitiis deturbato
Iampridem ſeruat, inſepultos iactus,
Cum leone veniens initiato, qui bellicae
Suxerat vberem Tropaeae mammam deae,
Fur balthei, rixam excitauit duplicem,
Tum zonam auferens, tum ex Themiſcyra
Sagittariam rapiens Orthoſiam:
Cuius ſorores, puellae Neptunides,
Erin relinquentes, Lagmum, Telamum,
Et fluuium Thermodontis, Actaeumque montem,
Poenas implacabiles rapinae quaerendo,
Vltra nigrum Iſtrum Scythicas egerunt
Equas, bellicam emittentes vocem
Graecis, et Erechthei nepotibus:
Ac totam bello perdiderunt Atticam,

Mopſo-

v. 1332. cuius ſociae, reliquae Amazones, relictis Paphlagoniae montibus, vlciſcendi cauſſa, vltra Iſtrum in Graeciam irruperunt, et totam Atticam bello miſere vaſtarunt.

qui eſt hic: ᾧ, ξοιζυμένῳ, (ſic enim recte Canterus legit pro ξοιζυμένων, quanquam codices et editi in recepta lectione conſtanter conſentiunt) ἔνερθεν, Σκῦρος αἰγίλιψ πάλαι δοκεύει λυγρὰς τάφους, plane redundare videantur, neceſſario per appoſitionem coniungenda ſunt cum λυγρὰς τάφους, hoc ſenſu, *qui* (τάφοι, *ſunt*, ſ. *continent*, ſ. *demonſtrant* ἀταρχύτους ῥῖφάς. Duriſſime ſane dictum, ſed Lycophronea Muſa digniſſime. R.

1327 Σὺν θηρὶ) Hercule, quem initiatum vocat, quod primus peregrinorum fuerit Athenis Eleuſiniis initiatus: qua de re Ariſtidis in Panathenaica, quam nos nuper Latinam dedimus, verba ſunt haec: Ἡρακλέους ἀπελθόντος ἐξ ἀνθρώπων, ἡ πόλις καὶ νεὼς καὶ βωμὸς ἱδρύεται πρώτη, καθάπερ καὶ πρόσθεν τοῖς μυστηρίοις ἐτίμησε πρῶτον ξένων. Hercules etiam Iunonis mammam puer ſuxit. Vocatur autem Iuno Tropaea, cui tropaea dedicabantur.

1327

Τὰς Μοψοποιοὺς ἀϊθαλώσασαι γύας.
Πάππος δὲ Θρήκης ἁμὸς αἰτώσας πλάκα,
Χώραν τ' Ἐωρδῶν καὶ Γαλαδραῖον πέδον,
Ὄρους ἔπηξεν ἀμφὶ Πηνειῷ ποτοῖς,
Στερρὰν τραχήλῳ ζεύγλαν ἀμφιθεὶς πέδαις,
Ἀλκῇ νεάνδρος, εὐπρεπέσατος γένους.
Ἡ δ' ἀντὶ τέτων τάρροθον βοηλάτην
Τὸν ἐξάπρυμνον, σέρφος ἐγχλαινέμενον,
Στείλασα, λίτροις αὐπὺν ἤρεψεν πάγον,
Τὸν ἡ παλίμφρων Γοργὰς ἐν κλήροις θεῶν
Καθιερώσει πημάτων ἀργηγέτις.
Αὖθις δὲ κίρκοι Τμῶλον ἐκλελοιπότες,
Κίμψον τε, καὶ χρυσεργὰ Πακτωλοῦ ποτὰ,
Καὶ νᾶμα λίμνης, ἔνθα Τυφῶνος δάμαρ
Κευθμῶνος αἰνόλεκτρον εὐδάνει μυχόν,

Ἄγυλ-

v. 1341. Postea auus meus, *Laomedon*, Thracia ac Macedonia, vsque ad Peneum fluuium, vastata, fines imperii Troiani propagauit, viribus adolescens, ac totius stirpis nobilissimus.

1327 βλώξας) in Scythiam ad Amazones. Balthei furem vocat Theseum, quod Hippolytae Amazonis baltheum ablatum dederit Herculi. Ipsam deinde Hippolytam sibi Theseus rapuit, tametsi dissentiunt ea de re historici. Themiscyra, Paphlagoniae vrbs, Amazonum regia, ex qua fuit Hippolyta rapta, quae heic Orthosia vocatur, proprio Dianae cognomine.

1327. Τροπαίας) Nescio an contextui conuenientius legatur Τροφαίας. Causa in proximis verbis est: σπάσαντι μαστόν. R.

1332 Νεπτυνίδες) Amazones, a Neptunide quadam Amazone. Eris, Lagmus, Telamus, montes Paphlagoniae. Ister, Thessaliae fluuius.

1341 πάππος — ἁμὸς) Ilus, secundum Herodotum: Laomedon secundum alios; hic Troianum imperium vsque ad Thessaliam propagauit. Herodotus Polymnia, οἳ διαβάντες τὴν Εὐρώπην κατὰ βόσπορον τὸν τε Θρηϊκαν κατεστρέψαντο πάντας, καὶ ἐπὶ τὸν Ἰόνιον πόντον κατέβησαν, μέχρι τε Πηνειοῦ ποταμοῦ ἔλασαν.

1346

Mopsopias inflammantes regiones.
Post auus meus Thraciae vastans aruum,
Agrumque Eordorum et Galadraeum solum,
Terminos fixit circa Penei fluenta,
Forte collo iugum circumdans vinculis,
Viribus adolescens, nobilissimus generis.
At illa pro istis vindicem bubulcum
Sex habentem puppes, leonina chlamydatum
Mittens, altam ligonibus arcem eruit:
Quem Gorgas in deorum concilio mutata sententia
Consecrabit, cladium princeps.
Deinde accipitres Tmolum deferentes,
Cimpsumque, et auriflua Pactoli fluenta,
Ac fluxionem paludis, in qua Typhonis vxor
Cauernae infausto incubat angulo:

In

v. 1346. Sed Graecia huius rei vindicem misit cum sex nauibus *Herculem*, et per hunc Troiam diruit; quem Iuno, etsi antea eum oderat, tamen, mutata mente, carissimum iam habebit, eaque re malorum nostrorum fax et tuba erit.

1346 Ἡ δ') Graecia, sive Thessalia. Bubulcum vocat Herculem, qui cum sex nauibus Troiam expugnauit. Gorgas dicitur Iuno, quia terribilis. Ea quum Herculem semper antea fuisset exosa, postea mutata sententia generum asciuit, et inter deos collocauit. Propertius:

Sancte pater salve, cui iam fauet aspera Iuno.

1351 κίρκοι) Tyrrhenus et Lydus, Atyis Lydorum regis filii. Ii quum aliquando fame Lydiam occupante sorti committerent, vter nouam coloniam deduceret, cecidit sors in Tyrrhenum, qui in Italiam se contulit, dictam a se Tyrrheniam. Huc pertinent versus Virgilii supra positi. Alii Tyrrhenos volunt esse indigenas: quos etiam Dionysius

Ἄγυλλαν Αὐσονῖτιν εἰσεκώμασαν,
Δεινὴν Λιγυστίνοισι, τοῖς τ' ἀφ' αἵματος
Ῥίζαν γιγάντων Σιθόνων κεκτημένοις,
Λόχης ἐν ὑσμίνησι μίξαντες πάλην.
Εἶλον δὲ Πίσσαν, καὶ δορύκτητον χθόνα
Πᾶσαν κατειργάσαντο τὴν Ὄμβρων πέλας,
Καὶ Σαλπίων βεβῶσαν ὀχθηρῶν πάγων.
Λοῖσθος δ' ἐγείρει γρυνὸς ἀρχαίαν ἔριν,
Πῦρ εὗδον ἤδη τὸ πρὶν ἐξάπτων φλογί,
Ἐπεὶ Πελασγοὺς εἶδε Ῥυνδακοῦ ποτῶν

Κρωσσ-

v. 1351. Deinde *Tyrrhenus* et *Lydus*, fratres Lydi, deferentes (ob famem) hanc patriam suam, et paludem Gygaeam, vbi Typhonis vxor, *Vipera*, mater Chimaerae, habitat, in Italiam irruperunt, et incolas eius fortissimos, a Gigantibus exortos, debellarunt, totam Italiam superiorem sibi subiicientes.

nysius Halicarn. sequitur. Tmolus, mons Lydiae: Cimpsus, pagus. Paludem dicit Gygaeam, in qua Typhonis est vxor, Vipera, mater Chimaerae; sunt enim propinqui Lydiae secundum quosdam montes ii, qui Arima vocantur.

1354 εὐδάνει) vox ad interpretandum perdifficilis, quia haec forma nuspiam occurrit. Sane sensus requirit aliquod verbum, quod *indormire*, *incubare*, *insidere*, *subire*, aut simile quid significet. Codd tres Witteb. constanter in εὐδάνει consentiunt. Scholiastae autem prorsus silent. Potterus in variis lectionibus vnam e Seldeniano codice commemorat, ἐνδύνει, quae ferri potest, si compositum verbum pro simplici δύνω, *subeo*, positum accipiatur. Alioquin enim vsitatius ἐνδύνειν *induere vestes* denotat. Hoc igitur teneamus tantisper, dum meliores libri Cassandrae contingant. R.

1356 Λιγυστίνοισι) Italis ac Tyrrhenis, qui tam bellicosi erant, vt a Thracibus gigantibus orti viderentur. Polybius, τὴν ἐπὶ τὸ Τυρρηνικὸν πέλαγος πλευρὰν Ἀπεννίνης κεκλημένην Λιγυστινοὶ κατοικοῦσι μέχρι πόλεως Πίσης, ἣ πρώτη κεῖται

In Agyllam Italicam irruerunt,
Grauem cum Liguſtinis, et a ſanguine
Gigantum Sithoniorum ſtirpem ducentibus,
Belli conflictu miſcentes pugnam.
Ceperunt autem Piſam, captiuamque terram
Omnem ſubegerunt prope Vmbros ſitam,
Et Alpium collocatam ſuper turgidos colles.
Vltimus autem excitat antiquam torris litem,
Ignem iam ſopitum flamma redaccendens,
Poſtquam Pelasgos vidit Rhyndaci fluminum

v. 1362. *Vltimus* litem veterem ſuſcitauit *Paris*, poſtquam Menelaum in Graecia inuiſit,. Graecia enim, hunc vltura, damnum illatum multipliciter, vaſtando oppoſito Aſiae minoris littore, rependet.

κεῖται τῆς Τυρρηνίας πρὸς τὰς δυσμάς.

1362 Λοιδόρος δ') Paris. Pelasgos intelligit Menelaum cum ſuis, qui Troiam venerant ad ſepulcra Lyci et Chimaerei placanda, vt initio libri dictum eſt; qua quidem occaſione Paris amicitiam cum Menelao contraxit, et cum eo Spartam rediit, poſtquam Antheum occiderat. Rhyndacus fluuius inter Graeciam et Helleſpontum.

1366 Ἡ δ') Graecia, ſiue Sparta.

1369 Πρῶτος μὲν) Agamemnon, qui cognominis eſt Iouis Agamemnonis, de quo ſupra. Deſcenſor dicitur Iupiter a fulminum deſcenſu: quod nomen heic eleganter Agamemnoni Iouis ex nominis ſimilitudine tribuitur. Putabant autem veteres, Iouem per tonitru in eam nubem, quae fulmen conceperat, curru vectum deſcendere, vt annotauit doctiſſimus Turnebus.

1370 καταιβάτης) Quid, ſi legamus καταιβάτῃ, vt referatur ad σκηπτῷ, cuius apud poetas perpetuum fere Epitheton eſſe ſolet? Sed libri nihil adiuuant. R.

1373 Ὁ δεύτερος δὲ) Oreſtes Agamemnonis, a Clytaemneſtra occiſi, filius. Is quum

Κρωσσοῖσιν ὀθνείοισι βάψαντας γάνος.
Ἥδ' αὖτις εἰσρήσασα τιμωρεμένη,
Τριπλᾶς τετραπλᾶς ἀντιτίσεται βλάβας,
Πορθᾶσα χώρας ἀντίπορθμον ἠόνα.
Πρῶτος μὲν ἥξει Ζηνὶ τῷ Λαπερσίῳ
Ὁμώνυμος Ζεὺς, ὃς καταιβάτης μολὼν,
Σκηπτῷ πυρώσει πάντα δυσμενῶν σαθμά.
Σὺν ᾧ θανοῦμαι, κἀν νεκροῖς σρωφωμένη
Τὰ λοιπ' ἀκούσω ταῦθ', ἃ νῦν μέλλω θροεῖν.
Ὁ δεύτερος δὲ, τῷ πεφασμένῳ κέλωρ,
Ἐν ἀμφιβλήσροις, ἔλλοπος μυνδῷ δίκην,

Κα-

v. 1369. *Primus* e Graecis veniet *Agamemnon*, Iupiter a suis cognominatus (v. 1124. 25) qui omnia crudeliter incendet, cum quo ego moriar, (v. 1108 sqq.) et apud inferos ea, quae nunc futura praedico, iam facta audiam.

quum furiis agitaretur, oraculum accepit ab Apolline Medico, qui aliter ἰήτωρ dicitur, fore vt insania liberaretur, si Tauricam Dianam in patriam detulisset. Itaque Tauros cum Aeolibus profectus, expugnauit, et Iphigeniam simul cum Diana reportauit. Meminit et Pindarus, quum ait: Αἰολέων σρατιὰν χαλκεντέων δεῦρ' ἀνάγων, vide etiam Euripidem.

1378 Τρίτος δ') Neleus, filius Codri, quem lignatorem vocat, quod sumta lignatoris veste, pro patria obierit. Neleus autem quum ex oracvlo cognouisset, se Carica regione potiturum, si quis ipsi Carum terram et aquam tantum porrexisset: a figuli puella Mileti glebam petiit ad literas obsignandas (vnde γῆν σημαντρίδα dixit Herodotus Euterpe, ac meminit cretae Asiaticae ad signandum adhibitae Cicero pro Flacco) hac ratione arbitratus oraculo satisfactum iri. Itaque debellatis tandem Caribus, vt sequitur, Cariae imperauit, et in ea vrbes aliquot posuit. Quin et Miletum ab eo deductam coloniam tradit Ammianus initio Lib. XXVIII.

Laticem peregrinis tingentes vrnis.
Tum illa oeſtro percita rurſus vlciſcens,
Tripla quadrupla rependet damna,
Vaſtans oppoſitum regionis litus.
Primus quidem veniet Iouis Laperſii
Cognominis Iupiter: qui accedens Deſcenſor,
Cuncta flumine inflammabit hoſtium ſtabula:
Quocum moriar, et apud inferos verſans,
Reliqua audiam haec, quae nunc ſum dictura.
Secundus, occiſi in retibus,
Muti piſcis ritu filius,

v. 1374. *Alter*, *Oreſtes*, Agamemnonis, veluti piſcis, in retibus occiſi (v. 1100 ſqq.) filius, oraculi Apollinis iuſſu, ad ſanandum furorem ſuum, cum exercitu in regionem Tauricam veniens, eam incendet.

1379 Βραγχησίαν) e Caria, cuius oppidum eſt Miletus. Graece Brancheſia vocatur a Brancho vate, qui Mileſios olim luſtrauit, teſte Clemente, et Mileti oraculum habuit. Proprium tamen a quibusdam traditur τὸ Βραγχίδων ἄσυ, ſiue Βραγχίδαι, vt Οἰνιάδαι in Acarnania. Phthiri, Cariae populi, a monte dicti, ſecundum Stephanum; mons porro a Phthiro, Endymionis filio, nomen accepit. De Carum vilitate et ſtipendiis vide Paroemiographum.

1382 σφραγῖδα δακτύλων) nihil aliud eſt, niſi σφραγῖδα ſimpliciter; δακτύλων, ſi quid modo denotet, ponitur pro χειρῶν, vt ſit pars pro toto. R.

1385 κόρη) Nelei filia, quae quum antea Pero diceretur, poſtea ob inſignem impudicitiam ἐλεγεινὴς eſt vocata, teſtibus grammaticis. Datum autem erat Neleo alterum oraculum, vt illic domicilium ſibi, vbi iuſſiſſet filia, pararet. Quum igitur Athenas veniſſet, offendit filiam, quae nusquam illic maritum propter libidinem nimiam poterat nanciſci, ſubductis veſtibus ita naturam ſuam alloquentem:

Δίζεο

Καταθαλώσει γαῖαν ὀθνείαν μολὼν,
Χρησμοῖς Ἰατρῷ σὺν πολυγλώσσῳ στρατῷ.
Τρίτος δ', ἄνακτος τῆ δρυηκόπᾳ γόνος,
Τὴν τευχοπλάσιν παρθένον Βραγχησίαν
Παραιολίξας, βῶλον ἐμπεφυρμένην
Νασμοῖς ὀρέξαι τῷ κεχρημένῳ δάνος,
Σφραγῖδα δέλτῳ δακτύλων ἐφαρμόσαι,
Φθειρῶν ὀρείαν σήσεται μοναρχίαν,
Τὸν πρωτόμισθον Κᾶρα δηώσας στρατὸν,
Ὅταν κόρη κασωρὶς, εἰς ἐπείσιον
Χλεύην ὑλακτήσασα, κηκάσῃ, γάμους
Νυμφεῖά πρὸς κηλωσὰ καρβανῶν τελεῖν.
Οἱ δ' αὖ τέταρτοι τῆς Δυμαντείᾳ σπορᾶς,
Λακμώνιοί τε, καὶ Κυτιναῖοι, Κόδροι,

Οἱ

v. 1378. *Tertius*, *Neleus*, Codri regis filius, (qui, oraculo monitus, cum nouam ſedem quaereret, a virgine Mileſia, figuli filia, glebam ad ſignandam epiſtolam ſibi dari iubebit,) Caribus victis, Mileti imperium condet, eo tempore, quo filia ipſius, *Pero*, impudiciſſima, communem in lupanari Carum meretricem aget.

Δίζεο σεῦ μάλα εὐθαλερὸν πόσιν ἢ ἐς Ἀθήνας
Ἢ εἰς Μίλητον, καὶ τάξον (pro κατὰ ἕξω) πήματα Καρσί. id eſt:
Quaere tibi validus qui coniux fiat Athenis,
Vel qui Mileti, quo clades Caribus addas.

Itaque Miletum profectus Neleus cum filia, incoluit. Aliud etiam oraculum ad huius coloniae deductionem pertinens citat Callimachi ſcholiaſtes. Barbaros dicit Cares. Aliam quoque Peronis vel fabulam, vel hiſtoriam enarrant in vndecimum Odyſſ. Graecorum commentarii.

1385—87 Ὅταν κόρη — τελεῖν) Huius loci ordinem verborum, paulo obſcuriorem, hunc eſſe arbitror: ὅταν κόρη κασωρὶς, ὑλακτήσασα χλεύην εἰς ἐπείσιον (ſc. ἑαυτῆς) κηκάσῃ, (ſc. ἑαυτὴν) γάμους τελεῖν πρὸς τὰ νυμφεῖα κηλωσὰ

Καρ-

Comburet externam regionem, vbi venerit
Ex oraculo Medici multilingui cum exercitu.
Tertius, regis lignatoris filius,
Figulam virginem Milesiam
Inducens ad glebam maceratam
Aqua praebendum indigenti dono,
Ad imprimendum chartae manus sigillum,
Montanum Phthirorum condet imperium,
Primo Mercenario Care destructo exercitu:
Quando puella meretrix in pudendum
Probra latrans, studebit nuptias
In sponsalibus barbarorum lupanaribus celebrare.
Quarti demum ex stirpe Dymantea,
Lacmonii, Cytinaei, Codrii:

v. 1388. *Quarti* denique e Graecia venient *Dores et Attici*, qui incolent Dorim, insulam Erisichthonis, Cereri tam inuisi, qui *Aethon* quoque dictus est, et pater fuit Mestrae, quae, vt patris immensae fami mederetur, se in omnes formas mutabat, et sic a patre quotidie vendita, quotidie consueta sua forma ad eum redibat.

Καββανῶν, hoc sensu: *quum puella meretrix, turpes in nazuram suam iocos effundens, impudice iactauerit, se in lupanaribus Carum scortari.* Nam in κηκάσῃ latet notio *dicendi*, quae accusatiuum (h. l. omissum, noto Graecismo, sc. ἑαυτήν) cum infinitiuo regit, τελᾶν. Caeterum νυμφᾶκα substantiue, κηλωτὰ autem adiectiue capio, etsi in Lexicis vtrumque vt substantiuum occurrit. R.

1388 Οἱ δ' αὖ--τέταρτοι) in Asiam venient, subaudi. Dymanteam stirpem vocat Dores, quorum rex fuit Dymas, Heraclidarum vnus. Per Lacmonios etiam et Cytineos iidem Dores intelliguntur, partim a Lacmone, Perrhaebiae monte, dicti, partim a Cytino, vel Cytinio, Dorico oppido. Theon tamen in commentar. in Lycophronem, citante Stephano, Cytinum facit vrbem Thes-

Οἳ Θίνγρον οἰκήσουσι Σάτνιόν τ' ὄρος,
Καὶ χερσόνησον τὴ πάλαι ληκτηρίαν
Θεᾷ Κυρίτᾳ πάμπαν εσυγημένᾳ,
Τῆς παντομόρφᾳ βασσάρας λαμπηρίδος
Τοκῆος, ἥτ' ἀλφαῖσι ταῖς καθ' ἡμέραν
Βάπειναν ἀλθαίνεσκεν ἀκμαίαν πατρὸς,
Ὀθνεῖα ἀτομοῦντος αἴθωνος πτερά.
Ὁ Φρὺξ δ', ἀδελφῆς αἷμα τιμωρούμενος,
Πάλιν τιθηνὸν ἀντιπορθήσει χθόνα
Τῇ νεκροτάγᾳ, τὰς ἀθωπεύτους δίκας
Φθιτοῖσι ῥητεύοντος ἀσεργεῖτρόπῳ.
Ὃς δή ποτ' ἀμφώδοντος ἐξ ἄκρων λοβῶν

Φθέρ-

v. 1397. *Midas* porro, Phryx, ſororis Cleopatrae caedem perſequens, rurſus vaſtabit Europam (patriam Minois, inferni iudicis)

Theſſaliae. Codrii dicuntur Athenienſes a rege Codro. Euſtathius Codros vocari ſtolidos omnes aſſerit.

1391 χερσόνησον) Dorim, iuxta Cariam: in qua, vt videtur, habitauit Eriſichthon Theſſalus, qui Cereri fuit inuiſus, quod eius in Theſſalia lucum excidiſſet. Vocatur autem Ceres Curita, quemadmodum Graece γυρῖτις, niſi malis ad vrbem Sabinam nominis originem reducere; forte etiam ad ξιφηφόρα cognomen alluſit. Caeterum hiſtoriam totam Eriſichthonis, eiusque immeniae βελιμίας explicant Ouidius lib VIII. et Callimachus hymno Cereris.

